 meris, diapente potest 300
 appellari simphonia.




D Na Ov Pu Qi (descr. vac. *Pu*)

274 in]cum *NaOvQi* 275 antiqui]anti *NaOv* 276 ea]e *NaOvQi* 281 novissimus
DPu 282 miram]ruram *Ov* 283/84 his binis]bis binis *Pu* 284 si corr. ex illis
Pu ut om. *Ov* 285 pueris *NaOvQi* 287 conlatium *NaOvQi* 290 hae om.
NaOvQu inter 282 et 293 descr. 7, 304/05 et descr. 9 *D* 293 descriptione *NaOv*
 299 canendo]cando *NaOvQi* 301 appellaris *Pu*

Item propria diapente
descriptio ita

Secunda descriptio symphoniae
305 diapente per sonos quattuor




Ergo secundum has IIII et IIII descriptiunculas de quocumque sonorum IIII aliquid modularis, hoc idem quinta regione respondet, quod proprium est diapente. Sequitur descriptio aequisonae vocis, quae diapason dicitur, et octava consonat regione hoc modo

310 Ad huius descriptionis exemplum quodcumque melos per octavas regiones seu simul in unum seu unum post alterum canitur, novae quodammodo vocis rata consonat aequa-


315 litate. Sane praecedentibus descriptiunculis et sonorum consequentia et collationum proprietate dispositis duarum minorum symphoniarum ratio designatur, adiuncto etiam de

320 maiore symphonia aliquantulo exemplo. Sequens rursus dispositio inuit, ut valde ratis spaciis armonia mensuretur utque de bisdiapente compleatur diapason et epogdous, ex diatesseron deque diapente diapason fiat. Bisdiapente tanto spacio diapason supercrescit, quanto diatesseron consonantiam diapente superat musicorum videlicet spacio
325 communi.



D Na Ov Pu Qi (304/05 et descr. vac. Pu)

303 ista Pu descr. 8. in dext. part. om. D 304 secunda]Scā Na, Qeā Ov
307 regione]ratione Qi 316 et om. NaOvQi 323 tanto]tono Pu



Hac descriptione innuitur, quod ab uno tantum quolibet sono ad quartum vel ad quintum aut octavum consonantia fiat, sed soni singuli et ad gravem et ad acutam partem quartis a se sonis diatesseron et quintis respondeant diapente, et sonus quisque in utramque partem ad octavum a se sonum diapason resonet; quique rursus, id est in utramque

partem octavi, sicut ad medium diapason, ita ad se invicem quinto decimo loco consonant disdiapason fitque, ut semper diapason spacium diatesseron ac diapente compleatur. Medii namque duo soni in hoc spacio, dum ad utrumque latus diatesseron ac diapente respondeant, evenit, ut uter eorum ad hoc latus diapente fuerit, ad illud diatesseron fiat, et qui huic diatesseron, illi sit lateri diapente. Sic ergo maxima simphonia binis suppletur minoribus. Sane maxima diapason simphonia dicitur, quod in ea perfectior ceteris consonantia fit, ita ut duorum vel plurium vocum commixtione unus quodammodo sonus efficiatur. Sic enim in infinitum sonorum consequentia progreditur, ut ab uno quoque sono locis octavis renata, ut ita dicam, voce ordo novus emergatur et dierum more octava sit vox quae prima, prima quae octava. Unde et in Virgilio apud Elisium Orpheus „obloquitur numeris VII discrimina vocum“, quod scilicet sonorum ordo disparibus septem continuetur vocibus, at in octavis in novam mutetur. Et enim sicut denario numero qui fuerat additus intra eum positus integer inviolatusque servatur, cum in ceteris id ita minime eveniat, ita etiam in hac concinentia. Nam si duos tribus adicias, quinque continuo reddis et numeri species immutata est. Si vero eosdem denario addas, XII feceris et binarius iunctus denario conservatus est. Item ternarius et ceteri eodem modo. Ita igitur simphonia diapason si aliam susceperit, consonantias servat nec immutat nec ex consona dissonam reddit. Unde fit, ut sicut


D Na Ov Pu Qi (descr. vac. Pu)

327 huno *NaOv* qualibet *NaOvQi* 331 quartis]partis *NaOvQi* 332/33 sonis *Pu* 334 a se *om. NaOvQi* 335 id est]ideo *NaOvQi* 338 namque]autem *Pu* 339 dim *Ov* ac . . . — 340 . . . diatesseron *om. Pu* 340 uter]inter *Ov* 341 illit *NaOv*, illic *Qi* 343 eo *Pu* duarum *Pu* 344 uno *NaOvQi* 346 octavus *NaOvQi* vocem *Ov* 347 prima quae]primaque (*corr. ex primaeque*) *D* 348 apud *NaOv* ospheus *NaOvQi*

350 ss. cf. *Boethii de institutione musica libr. V, cap. X.*

XV, quod sunt bis octoni, consonanter sibi miscentur, ita et ptingus
 quisque per diapason ad duodecimum sicut ad quintum diapente reso-
 360 nat et quemadmodum ad quartum, sic ad XI^{num} in utramvis partem
 resonat diatesseron. Attendenda quoque in hoc sonorum mira societas,
 ut, quamvis absolute canendo vel in ordine sonos rimando idem noni
 inveniuntur ad nonos, non octavi ad octavos, in simphonia tamen non
 modo diapason, quae octava incedit regione, sed (et) in disdiapason, quae
 365 bisoctava, mutatione mirabili octavi et octavi idem fiunt. Atque his
 utcumque de quattuor simphoniarum ratione mixtim edictis adhuc
 mira aliqua de diatesseron simphonia prosequamur. Hi prorsus soli
 quattuor moduli dum singuli ab invicem concordi propriae positionis
 diversitate differant eorumque, ut dictum est, tetrachordo veluti ele-
 370 mento armonica musica intexatur, utique IIII^{or} et IIII^{or} continuatim
 sese consequentibus necesse est quintos semper sonos eiusdem condi-
 tionis emergere et quintorum collatione, ut monstratum est, eiusdem
 conditionis vel qualitatis sibi simphoniam respondere; hec nempe est,
 quae dicitur diapente. De cuius vi quamvis aliqua prolata sunt sicut
 375 et de aliarum ratione, ut tamen, quae deinceps dicenda sunt, lucidius
 explanentur, rursus subiecta cordarum descriptione eius ratio contem-
 planda tradatur. Sit ergo ut prius ex sonorum signis e regione positis
 cordarum progressio, et inter cordas diapente simphonia disponatur ita

Ponatur in descriptione per
 380 diapason et si placet per dis-
 diapason melum quodlibet
 sitque descriptio talis. Itaque
 quotocumque ordine meli hui-
 12
 us descriptiunculas per sim-
 385 phoniarum consequentiam
 canas, sive a graviore ad
 celsius venias, seu in ordine
 verso a celsiore incipias, aut



D Na Ov Pu Qi (descr. vac. Pu) — Ed.: 379 Ponatur . . . ss. Sowa

358 quod]qui *Qi* consonantur *Pu* 362 sonus *NaOvQi* noni]noui *codd.* 363
 novos *DNaOvQi* 365 et octavi *om. NaOvQi* 366 quattuor *D* simphoniisarum
Pu rationem *Ov* 368 concordi]cordi *NaOvQi* 370 quattuor et quattuor *Pu*
 372 et]ē *NaOvQi* 374 qui *codd. (corr. ex quae Na)* diapente]diap̄ *NaOvQi*,
 diapason *DPu* (*cf. Mus. ench. XII, 7*) 377 signis]sinis *Ov* 378 diapente *om. Pu*
 380 et *om. Qi* dis- *om. NaOvPuQi* 383 ordinem *NaOvQi* 384 descriptiuncula
NaOvQi 386 graviore *NaOv* 388 a]ad *Ov*, ac *D*

certe in unum canantur binae vel ternae, idem soni per vim simpho-
 niarum sentiuntur in singulis. Verbi gratia sonus est, a quo prima 390
 descriptio incipit et finitur, similiterque secunda et tertia, dum tamen
 idem soni quinta semper et nona loca sibi optinent in naturali ordine.
 Item alio modo. Haec ultimae digestionis forma hoc portendit, quod, <ut>
 praedictarum collationum consonantia non unis tantum quilibet sonis
 accidat, non <unis> octavis, non unis quintadecimis, non unis quintis, non 395
 unis quartis, sed quicumque sonus quintis a se locis diapente respon-
 deat, omnes soni ad octavos a se sonos, omnes soni ad quintos decimos
 suos uniformes sint et, quantum ad acumen et gravitatem, quodam-
 modo dissimiliter similes sint; hii enim soli numeri in musica conven-
 nire queunt IIII.V.VIII; itemque ex ratione diapason simphoniae 400
 XI.XII et XV. Sed XV bis octonis fiunt ac ut in octavis exstat sue
 vocis redintegratio. Nempe spacium, quod voci est simplici, antequam
 in novam mutetur, id septenis aequaliter intervallis soni musici parti-
 untur, a quibus item singulis septenorum consequentia progreditur,
 ut semper octavis locis renata, ut ita dicam, voce ordo novus emergat 405
 et more dierum octava sit vox quae prima, prima quae octava. Atten-
 denda quoque cognata inter se sonorum societas, ut, dum octavis col-
 lationibus diapason prodeat, quantum ad dinumerationis seriem, non
 eorum sint appellationum octavi, sed noni et quamvis absolute can-
 tando vel numerando idem inveniantur noni ad nonos, non octavi ad 410
 octavos, in simphonia tamen non modo diapason, sed <et> bisdiapason
 mutatione mirabili octavi et octavi idem fiunt. Et ut hoc manifestius
 innotescat, ponamus aliquid canere exempli gratia.

♯ / ♯ ♯ ♯ ♯ ♯ / ♯ ♯ / ♯ ♯ ♯ /

Te De-um lau-da-mus, te Do-mi-num con-fi--te-mur.

Dicatur modo id melos inprimis voce humiliori, ut possit deinde voce 415
 altiori per diapason dici, tunc etiam per disdiapason. Igitur cum pri-
 mum sublimiori voce incipis, ita „Te Deum“ utique a sono ♯ inchoas,

D Na Ov Pu Qi (not. das. vac. Pu) — Ed.: Sowa


390 *post* sonus *rasura D*, *lacuna NaPu* est a quo]ea quoque *NaOvPu* 395 acci-
 dari *Pu* 398 quantum]quartum *Ov* 401 et *om. Qi* octoni *NaOv*, octavo *Qi*,
 octavis *Pu* (*cf. 358*) ac ut]aut *codd.* suae]seu *codd.* 403 novam]nonam *DNa*
OvPu 405 novus]nonus *Pu* 406 prima quae]primaque *Pu* 408 ad]a *NaOvQi*
 411 diapason *om. Qi* 416 disdiapason]diapason dici *NaOvQi*

414 *cf. Te Deum (tonus solemniss)*

in / finis. Cum per diapason in altius vocem mutas, ita „Te Deum“ simi-
liter a sono ♩ inchoas, in / finis. Cum tertia mutatione per bisdia-
420 pason vocem erigis, ita „Te Deum“ nichilominus a sono ♩ inchoas, in /
desinis, et per omnes cantionis flexus per vim simphoniae idem hic
habentur soni, qui ibi. At absolute canendo quod non idem sint
octavi ad octavos, et hoc exemplo explorare liceat. Queratur aliquid
canere, quod octonis incedat sonis, verbi gratia $\text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩}$
425 ta gau-di-a pan-ga-mus. Id ergo, quod modo cantatum est, a sono $\langle \text{♩} \rangle$ usque
in sonum $\langle \text{♩} \rangle$ per octo sonorum spacia scandit, qui ab arsin in thesin hoc
ordine complectuntur. Dicamus denuo

scr. 13

Horum supremus tetrardum
sonat, infimus protum, nec
430 sonis utique nec characteri-
bus idem. Sed si rursus
istud quomodo et illud,
quod prius cantabatur, seu
separatim seu iunctim per
435 diapason binis aut tribus
aequisonis dicatur vocibus, videbis ut ante in triplici quoque
vocum consonantia quosque sonos similiter suis nominibus consonos
cum nonarum tamen sit regionum, ut dictum est, isdem sibi respon-
dere nominibus. Hae autem simphoniae octava ad invicem adunentur
440 regione, non nona, at absolute canendo sicut nec nominis eiusdem sunt
octavi ad octavos, ita nec vocum proprietate. Et hoc per exemplum
explorare liceat. Ponamus aliquid canere, quod sistematis spacio in
octo sonis sit: „Sanctorum meritis inclita gaudia pangamus socii“ $\text{♩} \text{♩} \text{♩}$
 $\text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩} \text{♩}$. Geminum ergo diatesseron complectitur hoc spacium,
445 ubi est sonus gravissimus ♩ , acutissimus ♩ , nec characteribus utique



D Na Ov Pu Qi (descr. et not. das. vac. Pu) — Ed.: Sowa

420 nichilominus *NaOv* 422 quod]qui *Qi* 423 hoc]haec *Ov* 424 quod]qui
Qi octavis *Pu* 426 qui]quia *Pu* 428 tetracordum *Pu* 432 et *om. Qi* 437 con-
sonantiam *NaOvQi* 438 idem *NaOvQi* 441 hoc]haec *Ov* 442 ponamus]plona-
Pu quod]qui *NaOvQi* sistimatis *NaOvQi*

424/25 et descr. 13 cf. *hymn. in I vesp. in festo plurim. martyr. (alt. ton.) et Monu-
menta monodica medii aevi I, Mel.-Nr. 159*

nec vocibus idem. Igitur cum ad rationem huius descriptionis haec
 simphonia modulatur, liquido videtur eiusdem conditionis genere hanc
 ad se invicem concinere. Verum quod in illis quattuor sonis, quos sin-
 gulos naturalis ratio ab invicem suae proprietatis qualitate discrevit,
 hoc evenire non possit, ut scilicet cantio aliqua eiusdem conditionis 450
 manere possit, si eadem licet intentione currens ab aliis ad sonos alios
 transponatur, hoc in superioribus aliquantum tetigimus, ubi quaterno
 inter cordas ordine „alleluia“ dispositum quadrifario modo cantatur, et
 rursus nichilominus sequenti dispositione iterato exemplo idem mon-
 strare conabor. Sternatur ut prius veluti cordarum dispositio, et eadem 455
 modulatio, quae nunc in simphonia diapente cantata est, inter cordas
 quadripartita continuatim descriptione quaternisque digeratur coloribus
 videbisque eandem melodiae formam in sonorum transmutatione
 manere non posse, sed per epogdoi distantiam in singulis ordinibus
 modum unumquemque in alium transmutari ita ♩ . Nam primam 460
 descriptionem, quae a sono ♩ inchoat et finitur primoque deputatur
 modo, id est dorio, si per totos flexionis ductus epogdoo vel tono feceris
 acutiorem, moxque in modum mutatur frigidum. Fac duobus acutiorem
 et modus lidius erit. Si tribus epogdois, modus nascitur quartus. Si
 quattuor, quinta denuo regione primus erit. Similiter et in ceteris con- 465
 stat, et in infinitum semper a quinto prior ordo redit.

	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
t	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
t	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
t	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
t	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
mixolidius	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
lidius	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
frigidus	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩
dorius	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩	♩

Quae ita sit, si iuxta
 subiectae descriptionis
 exemplum duobus sonis
 interpositis a quarto 470
 loco vox voci respondeat.
 Sic a duobus vel pluri-
 bus in unum canendo
 modesta dumtaxat et con-
 cordi morositate, quod 475

suum est huius meli, videbis suavem nasci ex hac sonorum commix-
 tione concentum. Nec solum hac collatione vox simplex si simplici con-

D Na Ov Pu Qi (descr. et not. das. vac. Pu) — Ed.: Sowa

448 sonis]soni sunt *D* 455 sternitur *Pu* 459 sed]si *NaOv* 460 transmutare
Qi 461 a sono]ason *Pu* 462 id est]i *NaOv* 465/66 constant *NaOvQi* 466 et]v
Pu descr. 14: not. das. etiam ante $\frac{3}{4}$ etc. add. ($\frac{3}{4}$ etc.) *NaOvQi* 470 interpósi-
 tus *NaOv* 476 suus *NaOvQi* hac om. *NaOvQi*

feratur, sed et simpla respondeat duplae aut dupla simplae, vel si
 480 ambas per diplasion duplicaveris, senties huius distantiae voces sua-
 viter ad invicem consonare. Et hoc attendendum, quod sicut maiore
 spacio tercii soni a terciis distant quam alteri ab alteris, ita etiam
 magis discreta proprietate ad invicem resonant. Ut enim spacio, ita et
 qualitate longius ab invicem distant protus et tritus itemque deuterus
 et tetrardus quam alteri ad alteros continuatim positi.

485 Quamobrem necesse est, ut et melodiae, cum a terciis
 ad tercios transponuntur, magis a genere suo alienentur,
 quam dum ab alteris transmutantur ad alteros. Nam in
 illa dispositione quaternorum ordinum, quae supra di-
 gesta est, si post primam seriem assumpseris terciam et
 490 iterum post secundam quartam, intelleges cantilenas has
 magis ab specie in speciem transformari, quam si conti-
 nuatim alteram consequatur.

lescr. 15



DE ORGANO. Dictis autem, prout potuimus, his, quibus ostendendum
 erat, qualiter unusquisque in tetracordo sonus propria conditione distet
 ab altero eorumque concordi quodammodo dissimilitudine quattuor
 tonorum vel modorum formae genus diversum prodeant, adhuc de dia-
 5 tesseron simphonia quomodo melos diaphoniae nascatur, videamus,
 quam usitato vocabulo organum nuncupamus. Etenim <ea> lege melos
 istud ab hinc meat, quod in quartis locis ducentem se cantum organum
 comitatur hoc modo 7 7 N 7 P P I P 4 J N J L L J L 7 7
 <quod> quartis ad invicem locis hi et hi soni disiuncti consonant in alios.

D Na Ov Pu Qi (descr. et not. das. om. Pu) — Edd.: u. a. 492 . . . consequatur.
 Sowa 1 DE ORGANO. Dictis . . . ss. E. de Coussemaker, *Scriptorum de musica
 medii aevi nova series II*, p. 74—78; E. Waeliner, *Das Organum bis zur Mitte des
 11. Jahrh., Diss. masch. Heidelberg 1955*, S. 48—54, überarbeitete Druckfassung (*Die
 Lehre vom Organum . . .*) 1975 (= *Münchener Veröffentlichungen zur Musikge-
 schichte*, Bd. 13, I), S. 72—87.

478 respondeat]redeat *NaOvQi* 480 hoc]haec *Ov*, hac *Pu* 482 ad in invicem *Ov*
 484 ad om. *Pu* 485 a]ad *NaOvQi* 487 ab om. *Qi* 488 disputatione *codd.*
 (-ionem *Pu*) 490 post]quod *Qi* intelliges *Ov* 491/92 continuatam *Pu* 492 al-
 teram]adteram *Ov*

3 dissimilitudine]dissimulatione *codd.* 4 tonorum vel om. *Qi* vel modorum
 formae om. *Ov*, add. s. l. *DNa* vel modorum add. s. l. *Pu* genus om. *Qi* 5 sim-
 phonia]sunt ph *Ov* 6 nuncupans *corr. Na*, -pans in *margin. add. D* 7 hinc meat]hi
 nomeat *DNaOvQi* ducente *NaOvQi* 9 disiunctim *NaOvQi* in at *codd.* (cf.
elab. Paris. 238 at = alia *Na*)

Deinceps, qualiter novissima simphonia, quam diatesseron dicunt, sese 10
 habeat, prosequamur. Simphonia diapason sicut maior caeteris, ita
 prae caeteris optinet, ut et in unum, et consequenter dicendi consonan-
 tiam faciat, diapente non in unum, sed consequenter, diatesseron non
 consequenter, sed in unum. Hac collatione quotquot voces iunxeris 15
 sive humanas seu alias quaslibet, utpote si praesentis descriptionis binas
 voces aut ambas aut alteram per diapason duplicaveris vel per dis-
 diapason, senties huius distantiae voces suaviter ad invicem consonare.
 Ex hac simphonia nascitur ea nobilis cantilena, quam diaphoniam
 vocitamus, id est organicum melos. Dicta autem diaphonia, quod non
 uniformi canore constet, sed concentu suaviter dissono in unum dul- 20
 citer modulamen coeat. Bina vero lege melos istud hinc meat: Una,
 quod in quartis locis cantum comitatur organum. Alterum autem ius
 habet, quod haec quartanae collationis lex suos limites habet. Nam
 usque ad illum sonum pertingit, qui in quolibet modo sub sono finali
 fuerit subsecundus, quem cuiusque modi sonus finalis habuerit sub- 25
 secundum. In hoc enim sono stat organum, nec inferius descendere
 licitum est. Ab quo sono incipit in levatione particulae, semper in eo
 subsistit in depositione, et inferius organum progredi prohibetur; ad
 ostendendum vero planius, quod dicitur, conemur hoc diaphoniae me-
 los et alia descriptione imaginari, ut dicta rationis oculis quodammodo 30
 subiciantur. Utique positis a latere sonorum signis ex singulis procedant
 suae veluti cordae, quibus cordis inserantur puncti et iacentes
 virgulae, quae purae cantionis modos expriment; hos rursus punctos
 seu virgulas alii puncti coloris dissimilis comitentur pro ratione organi
 suis locis inserti, ita ut quemadmodum conlatis ad invicem sonis diver- 35
 sis diaphonia resonat, sic in hac dispositiuncula puncti punctis respon-
 deant. Sane punctos ac virgulas ad distinctionem ponimus sonorum
 brevium ac longorum, quamvis huius generis melos tam grave, ut dic-
 tum est, esse oporteat tamque morosum, ut rithmica ratio vix in eo
 servari queat. Sit utique descriptio talis. 40

D Na Ov Pu Qi (descr. et not. das. vac. *Pu*, 28 . . . subsistit *fn. Qi*) — Edd.: Cousse-
 maker, Waeltner

10 quam diatesseron *om. Ov* 12 et consequenter]sed consequenter *codd.* 13/14 dia-
 tesseron non consequenter *om. Pu* 15 si praesentis *om. Ov* 16 alterum *Ov* 18 dia-
 phoniam]diapason *Qi* 20 sed]si *Qi* 22 ius]vis *OvQi* 23 collationis]consolationis
codd. 25 sonos *NaOvQi* 26 haec *OvQi* 29 ostendendum *Pu* haec *Ov*
 30 discriptione *NaOv* oculis *om. NaOv* 31 subiciatur *codd.* ex]et *Ov* 32
 iacentis *NaOv* 33 puncto *NaOv* 36 dispositiuncula *corr. ex* dispositione *D*

In hac exempli descriptione sonus, quem corda penultima habet, f finalis ponitur et rector modi, unam cordam sub se habens a sono f ductam, in qua organum subsistit; et ideo
 descr. 1 antipenultima, quae a sono procedit f , legitimum organi
 45 responsum deest, etenim si quartus sub se sonus organum ei respondeat, transgresso naturali termino absonum fiet, et haec est lex organi naturalis, a qua ubi deviat, non regulare organum fit, quamvis in superioribus exemplorum descriptiunculis figurae quidem in inicio versus illi sono, qui finalis et
 50 rector extat in modo, sonus respondeat de(uterus) subquartus.

f
 f
 f
 f
 f
 f
 f

Et ut eadem lex organi per omnes modos clareat, hanc eandem neumam secunda transpositione tono faciamus altiozem, ut modus frigijs transmutetur ex dorio ita. In hoc modo finalis et rector extat sonus f subsecundum a se habens f ; ab hoc sono organum ius est
 55 incipere et in illum usque pervenire. Faciamus et tertia transpositione modum lydium hoc modo. Fiat et quarta transpositio in quartum modum. Itaque canentes modos singulos eandem rationem reperiemus in singulis.

Et quoniam de diaphonia vel organo aliquantum loqui ceptum est, et
 60 in ecclesiasticis canticis honestissime assumitur, adhuc de eius naturae ratione latius exploretur. Organo duo accidunt, id est locus cum spacio. Loca autem organi sunt tria: organum m medium, organum s superius, organum i inferius. Unaquaeque particula organo habilis sive medium seu superius vel inferius habet. Particulae autem suae cantionis cola et
 65 commata, quae sunt distinctiones maiores et minores, quibus ita cantio intexitur, ut oratio membris ac cesis. Maiores in quovis tono deponuntur in sonum suum terminalem, qui scilicet cantum regit et cantus in

¹ iste liber debet esse in XV^a banca ex parte maris Na⁺ (in marg. super. pag.)

D Na Ov Pu (descr. et not. das. vac., signa et litteras inter lineas om. Pu) — Edd.: Coussemaker, Waeltner

41 sonos NaOv 43 ducta NaOv 45 sonos NaOv 46 absono Ov 52 neumam]ne omnia DNaOv (omnia D, omnia NaOv) 53 doryo D 54 ac se Ov 55 tertia a Ov 56 lidium Pu, lidius NaOv 57 reperimus Pu, repperiemus NaOv 62 organi] organis NaOv 64 cantationis Pu cola DNaOv 65 comma DNaOv, comma Pu quibus i ita Pu 66 c(a)esis]celis codd. 67 terminale est Ov cantum]canticum Pu

eum finitur. At minores non in terminalem desinunt, sed in alios quoslibet seu supra illum sive subter illum. Finales autem particularum soni secundum loca sua loca dant organo, ipsorumque vim maxime 70 sequitur. Etenim terminalis et unus ex inferiore ipsius latere unusque ex superiore medium organum ponunt. Terni vero et terni ex horum trium lateribus superius et inferius organum faciunt. Hoc autem ita fit: Particula ubi vel in terminalem deponitur vel in alterum e duobus ex latere sibi coherentibus, medium ibi moratur organum. At ubi non in 75 horum aliquem deponitur, nec sequens quoque particula aut saltim tertia ab his vel incipit vel in eos desinit, sed potius supra terminalem tertium aut quartum seu quintum, tunc utique, dum hi terni moduli superiori organo deputentur, medio hic uti non licet. Similiter ubi infra terminalem in tertio, quarto aut quinto positio consistit, inferius organum erit. Sic plane finales particularum soni organo dominantur, et praecipue is, qui toni illius terminalis et rector est. Antequam particula eius locum transcendat, profecto organum legitimum silet; si non ultra quam ad secundum supra terminalem pertingit, ibi similiter responso organi caret. Ubi vero trium spaciorum fuerit a terminali suo, ibi primus, qui terminali proximus subest, quarta collatione organum dicit. 85 Si vel sursum vel deorsum flectendo quattuor a terminali fuerit spaciorum, tunc aut alter ex praedictis aut utriusque organum faciunt, et terminalis scilicet eique subherens. Porro ubi quinque aut sex spacia a terminali habuerit, quotis sonis in eadem particula ultra eum, qui 90 quartus est a terminali, disceditur, totis sonis a terminali organum comitando sequitur. Ptongus vel modulus, qui terminali subiungitur, ut in arsi organi initium est, sic in thesi finis; ratum organum suo limite cohibet. Non potest, ut iam dictum est, ab inferiori quolibet sono organum in elevando incipere, nec in descendendo <in> inferiorem 95 deponi, quam qui in quovis toni genere proximus terminali subiacet,

D Na Ov Pu (signa et litt. inter lineas om. Pu) — Edd.: Coussemaker, Waeltner

69 supra]pra NaOv particularium codd. 72 et terni]externi DNaOv 73 haec Ov 74 ubi]verbi codd. 77 terminalem]tm̄ DNaOv, terminum Pu 78 quartum]quater Pu 79 superi codd. ubi]sub codd. 80 aut]et NaOv 81 dominanantur Pu 82 ↓ om. Ov 83 A]Δ DNaOv 84 ad supra terminalem secundum Pu 89 terminus Pu eique]ei Pu 93 est]sit DNaOv, sup. lin. add. vel est D, tē (vel est?) NaOv 94 sonos Ov 96 quam]qua Pu proximo NaOv

excepto, cum positio particulae in tercio vel quarto aut quinto sub terminali constiterit, quod inferioris est organi. Haec prorsus est lex organi naturalis, a qua ubi deviat, non regulare fit organum, sed
 100 abusivum. Auditū quoque, nisi usus perversior sensum hebetaverit, organum magis vel minus rectum discernitur, quia naturaliter magis delectat, quod magis naturali armonia coadunatum est. Et ut evidentius clareant, per tonos IIII^{or} annotentur terna organi loca IIII^{or} sonorum dispositiunculis.

	in tono I & II	in tono III & IIII	in tono V & VI	in tono VII & VIII
lescr. 2	sup.	sup.	sup.	sup.
	med.	med.	med.	med.
	inf.	inf.	inf.	inf.
	term.	term.	term.	term.


105 Media autem sonorum series per singulos IIII^{or} ordines praesidet organo, superior superiori, infima inferiori. Describantur ad modum supradictum singulorum, quae nunc dicta sunt, exempla et, ubi
 110 medium, ubi superius inferiusve organum, praefixis his litteris designatur:)—(S·I· Similiter caeterorum exemplis suae, quae et superius, litterae praefigantur, ut exempli locum praenotati monstrent karacteres <et> exempli ratio canendo exploretur.

D Na Ov Pu (descr. vac., signa et litteras inter lineas om. Pu) — Edd.: Coussemaker, Waeltner


98 √ om. Ov haec]hoc Pu 99 fit]sit codd. 100 habetaverit NaOv 101 magis] maius NaOv 102 armonico adunatum Ov loco descr. man. rec. add. Musicam docet amor Pu+ 105 media]medi NaOv 106 infimus codd. 107 et ubi]ut ub NaOv 110 litteris D praefigantur]praesignatur NaOv praenotati]-te sup. lin. add. codd. monstrant NaOv 111 exempli]expli NaOv

Al le lu ia


descr. 3




I




II/III




IV/V





VI



VII-IX



X



D Na Ov Pu (descr. vac. exc. verbo alleluia Pu) — Edd.: Coussemaker, Waeltner

descr. 2: punctos et virgulas iacentes partim indiligenter pon. codd. I: X, Δ et † om. Ov 2^a et 3^a pars (sup. † et X ss.) 1 lin. super. NaOv 3^a pars 2 lin infer. D

Ergo in praesenti descriptione cernere est signo huius characteris —C medium organum designari, et aut terminalem ibi esse sonum et distinctionem commaticam, quod nota ista portendit \downarrow , aut alterum ex
 115 terminali adiunctis, hacque figura colón, id est minus membrum, monstrari. Item uno spacio non amplius infra terminalem sonum organum descendere, et, ne inferius dimittatur, signum istud \dagger obstare. Ibi quoque idem soni, qui videlicet terminali subcoherent, qualiter terciis sonis supra terminalem primi organum respondeant, \ddagger asterisco ostendi.
 120 Denique tibi nota terminales sonos, qui utrique in hoc exemplo, quod praemissum est, antequam toni mutatio fiat, soni tetrardi existunt, post mutationem vero, quae praesenti melo contingit, sonari archi. His inspectis videbis non plus uno sono medium organum subterminalem, superius et inferius subterminales suos rite posse deponi, ibique
 125 rati organi initium constare et terminum. Rursus id organum, quod superius dicitur quodque hac figura $\cdot S \cdot$ monstratur, ut superiori incedat loco nec particulae eius deponantur aut in terminalem aut in alterum a latere sibi coherentibus, qui medii organi loca sunt, sed potius in tercio quarto quinto supra terminalem, his notis ostenditur III \rightarrow , IIII \rightarrow , V \rightarrow . At inferius organum, quod dicitur quodque $\cdot \downarrow \cdot$ littera insinuat, ut inferiori loco incedat quam medium, nec ibi quoque membra vel particulae deponantur an in terminalem aut in alterum a latere sibi coherentibus, sed potius in tercio \leftarrow III aut quarto


D Na Ov Pu (signa et litteras inter lineas om. Pu) — Edd.: Coussemaker, Waeltner

II: 1^{us} et 2^{us} ptongus voc. org. 1 lin. infer. Ov m om. NaOv vox org. 3^{ae} part. et 3 ultim. ptongi 1 lin. infer. D III: et (2^{ae} et 3^{ae} part.) om. NaOv F (in fine) om. codd. IV: N] M (1) et N (2) codd. V] V codd. V: 5^{us} et 6^{us} ptong. voc. sup. in eadem linea ut praeced. D F (in fine) om. codd. VI: initio J om. codd. ...] N] N (haec et ss. 1 lin. infer.) codd. N] N D, N NaOv VII: \times et \dagger alter. om. Ov. 3^{us} ptong. voc. sup. 1 lin. super. Ov 3 ultim. ptongi voc. sup. 1 lin. super. codd. VIII: N] N D, N Na, N Ov IX: E et \dagger alter. om. Ov Γ om. NaOv 3 ultim. ptongi 1 lin. super. D


113 aut]autem Pu 117 dimittitur Pu 119 respo \times ndeant DNaOv 121 existunt F codd. 124 rite]trite Pu ibique]ubique DPu, ubi NaOv 125 constare et] constaret NaOv, corr. ex constaret et D terminium Pu 126 demonstratur NaOv 127 eius]qui NaOv 128 latere]littere Pu 130 tercio III \rightarrow quarto \rightarrow quinto \rightarrow codd. (III om. NaOv) 131 litteram sinuat Ov

ad pag. praecedentem (descr. 3): cf. sequentias Benedicta semper, edd. A. Schubiger, Die Sängerschule St. Gallens vom 8. bis zum 12. Jahrh., 1858, Exempl. 24, et N. de Goede, The Utrecht Prosarium (= Monum. Music. Neerland. VI), 1965, No. 28, et Benedicta sit, ed. A. Hughes, Anglo-French Sequelae, 1934, Nr. 8; vide etiam Waeltner (Ed.)

descr. 4



descr. 5

*D Na Ov*

descr. 4: *Minus semitonium*: quia horum *om. NaOv* III CCC]II CCC *NaOv*, II XX D XXXI]XXI D *Item minus semitonium*: *Item semitonium minus D LVIII]LVIII Ov S om. codd. XXV CC]XXV codd. Tonus non est*: ante proportio *add. pars (del.) D* habent *codd. VII CCC LXXXI]VIII DCCC LXXXII codd. octavam partem codd. <ei ... maiorem>* est *codd. una*] unu a *D* S (= *signum trientis*; cf. *metrologicorum scriptorum reliquiarum vol. II, ed. F. Hultsch, Lipsiae MDCCCLXVI, pag. XXVII, et Boethii de institutione musica libr. III, 3 et 4*) *om. D Tonus non est om. D descr. 5: Tonus: Tonus om. D extremi scilicet D CCXLIII]CCXLIII NaOv ei]eis codd. i. e.] id codd. I]M NaOv II XLVIII]II XLVIII NaOv Semitonium minus: ante differentia add. semitonium minus, quia D C IIII] i. e. XXV D, XXV NaOv Semitonium minus om. D APOTOME: haec constat his]apotome constat his primis *D* et constat summa]quae differentiae summa constat *D* I]M *D* APO-TOME *om. D**

descr. 4 et 5: cf. *Boethii de institutione musica libr. II, 29 et 30. Numeri principales descriptionis 4 sunt 65536 (= 256 × 256), 62208 (= 256 × 243) et 59049 (= 243 × 243), descriptionis 5 sunt 1944 (= 8 × 243), 2048 (= 8 × 256) et 2187 (= 9 × 243); vide etiam scolica enchiridis p. III, 496—500 et descr. 4.*

⟨I⟩

ITEM DE DIATESSARON ET DIAPENTE AC DIAPASON ET
DE SYMPHONIIS

Δ: Quare non in diatessaron symphonia sicut in diapason et diapente diversae voces eodem tropi modo sibi assentiunt vel in unum canendo vel altera post alteram consequendo? ✕: Sicut dictum est, diapason symphonia vi virtutis suae eundem tropi modum non suo licet loco per eandem sibi tonorum positionem ponit, sive in unum canatur sive singillatim. Diapente quoque eundem tropi modum concinit non in alieno loco suam positionem ponendo, sed suam loco proprio naturali ordine sortiendo. Diatessaron vero cum sit proportionis minimae, id est sesquiterciae, nec ea, qua diapason, vigeat, idcirco id ei non accidit, quod vel diapente ex simili tonorum positione vel diapason evenit ex virtute. Cum sint enim quartis locis diversae tonorum positiones, idcirco tonis contra semitonia dissentientibus voces diversae absolute simul ire nequeunt. Quapropter quoddam cantionis genus sui cuiusdam iuris et

Ed.: I et II (= dialogus Bambergensis): E. L. Waeltner, Das Organum bis zur Mitte des 11. Jahrh., Diss. masch. Heidelberg 1955, S. 150—154, überarbeitete Druckfassung (Die Lehre vom Organum . . .) 1975 (= Münchner Veröffentlichungen zur Musikgeschichte, Bd. 13, I), S. 42—51

Text. I in cod. H cap. XVIII mus. ench. insertus est (post 48 extat inconsonus.). Immediate post inscr. haec interpolatio invenitur: Triplica. divide maiorem partem. si non est aequale. iterum triplica. iterum divide. et quot novem in maiori parte habueris. talis ille numerus erit. Ḡ Ḣ . Ḣ . Ḣ Ḣ . I . II . III . IIII . Ṡ . Ṡ . V . VI . VII . VIII . Ḃ . VIII . Ḃ Ḃ . VIII . X . XI . XII . Ṫ . XII . Ṫ . Post text. I sequi. ultima pars cap. XVIII mus. ench. (49 Superficies . . . — 61 . . . coierit; cap. XIX alio loco cod. invenitur), quaedam ex musica Isidori Hispalensis (Etymolog. lib. III, cap. XVIII, XIX et XX, hic sub titulo Item de musica et de ratione eius) et in fine text. II, III et IV huius appendicis B. — Textus Isidori nonnullis locis discrepat ab illo, quem W. M. Lindsay anno 1911 Oxoniis edidit. Varias lectiones cod. H sunt (numeri cap. et. vers. editionis laudatae indicant): cap. XVIII: inscr. om. 1 rythmica] arihtmetica (2 ×) harmonica]armonia (2 ×) in sonis]inter sonos utrum bene sonus]sonus om. 2 heroicon, iambicon]acromonobicon cap. XIX: inscr. om. 1 quae]in quo rythmica]arihtmetica quae in pulsu 2 editur]editus vel tibia[m] aut pulsu]aut tibia vel pulsu cap. XX: inscr. om. 2 proprie autem] autem om. proprie sonitum]proprium est sonitum litorei sonent]litore sonant At tuba . . . canoro om. 5—9 in fine cap. post 14 6 spatia quaedam]spatium quoddam vergentes]vergens altero sono]alterum sonum 7 in armoniae differentia in quindecim]in om. musici]musicae hyperlidius]. I. per lydias 10 continuum locum 11 Qui enim subtilissime 12 tenuis om. Dura est vox sonos emittit sonos, quotiens]sonus quoties 13 mox ut emissa coticiscit vinnola]vinolata (2 ×) vinno]vino 14 sublime]sublimi perfecta non erit

decentissimae dulcedinis creatrix potentia et symphonia ista progenuit,
 15 in qua tamdiu vox cum voce suaviter assentit, quamdiu fit tonorum e
 regione concordia. Ubi vero contra semitonia tonus offenderit, ibi vox
 organalis certis quibusdam retenta terminis stat nec inferius in ea par-
 ticula procedit. Δ : Ubi aut quomodo tonus contra semitonium offen-
 dit? \times : Cum trito sono deuterus subiungatur per semitonii interval-
 20 lum, rursum tetrardus, qui trito est subquartus, et tritus, qui subquar-
 tus est deuterio, tono integro differunt. Et idcirco solus tritus inter sonos
 ceteros eo sono fit inconsonus, cui extat subquartus. Excedens enim
 diatessaron spacium tribus tonis integris a deuterio separatur ad hanc
 descriptionem. Δ : Quo termino prohibetur vox organalis, ne inferius
 25 possit descendere? \times : Utique veluti quodam predicti soni obice pro-
 hibetur vocis organalis positio ultra sonum tetrardum descendere,
 tetrardum scilicet, in quem aut particulae finalitas devenerit aut qui
 proximus ipsi finalitati subierit; infra hunc enim sonum non nisi raro
 levat arsin aut declinat thesin. Qui et interdum vocem organalem
 30 responderit, veluti si canatur:

descr. 1

ce | tem
 ce | li | pla | vir | digna | a
 Scan-de ce--li tem--pla | go | a | tanto
 vir | digna | a | fo | de | re
 go | tanto | re
 <o>foe-de

\times : Vides ergo, ut sub tetrardo, quem particulae finis attingit, vox
 organalis deponi non possit. Δ : Equidem video. \times : Quod, si sit alia par-
 ticula, quae inferiorem quandam positionem petat, profecto et illuc
 eadem lege vocem organalem videbis hoc modo „Scande celi templa“.

35 Δ : Et hic video, quomodo similiter in subsequente particula, gravioris
 quae est positionis, etiam ultra hunc tetrardum sonum vocis organalis
 positio non descendat. \times : Dum vagantes particulae nunc in altiora

descr. 1: infimam lineam om. et ideo tanto foedere voc. infer. una et eadem linea
 (F) pon. cod.

descr. 1: Scande celi . . . cf. Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii
 libr. II, § 123

cantilenam efferant nunc ab altioribus in inferiora deponant, ubicumque principalis vocis positio fuerit, semper hanc positionem vox organalis eo iure subsequitur, ut impediendis prefatis <in> consonantibus sonis nec levatione subitus tetrardum, quem diximus, inchoetur nec positione descendat, nisi forte in tritum sonum positio ipsa deveniat; aliter enim obstat limite inconsonantiae suae. Coeptum carmen exempli gratia prosequamur

✕: Sive ergo celsioris sive summissioris sint positionis quaelibet cola 45
vel commata, quas nos particulas dicimus et quae vix ultra quintum
sonum ab arsi in thesin diastematis habent spacium, quamque semper
positionem organalis vox ea comitatur lege, qua dictum est. ♣: Patet
ita esse, ut dicis. ✕: Est tamen interdum, ubi quasi figurate sub pre-
fato sono organum possimus ponere, veluti si canatur „Caput artibus“ 50
et reliqua. ✕: Cernis in duabus primis particulis, quod ad superiorem
partem soni tetrardi, qui particulas fingit, spacium organali voci de-
fuerit, ideo veluti figurate a parte inferiori ponatur, sed ob hoc parti-
cularum finalitates in unum non conveniant. Porro in reliquis parti-
culis, ubi spacium voci organali occurrit, legitimum potius locum petit. ♣: 55
Cerno spaciorum angustias organali voci ad variationem fieri, varia-
tionem autem fieri ornamento et hoc genus cantionis merito divinis
laudibus adplicandum.

descr. 2: syllabas -sa po--oscit-scit a-as-tra (ult. -a om.) voc. infer. 1 lineam inferius,
Iu-up-pi-ter voc. super. 1 lin. superius pon. cod. 51 reliqua]ref cod.

descr. 2: Te sacer . . . cf. Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii libr.
II, § 123 50 Caput artibus cf. Mart. Cap. op. cit. l. c.

(II)

Δ: Adhuc redde rationem, rogo, organalium causarum. Χ: Sufficien-
 ter omnia superius exposita putavi. Sed dubitata profer a me rationem
 accepturus. Δ: Posco, si Deus facultatem dederit, ut, quis sonus alio
 organizet, mihi edisseras. Χ: Recta queris; etenim hac prolata ratione
 5 decentius modulamur laudis Dei gloriam. Ponamus ergo sub aspectu
 exemplum, ut facilius eluceat, qualiter debeat intellegi, quis sonus
 debeat alteri organizare. Cantemus hoc modo:

descr. 1

PR. Gra-tu-le-tur om-ni-ca-ro na-to Do-mi-no OR.

Χ: Intellegisne, quis hic alteri organum prebeat? Δ: Plane; nam-
 que γ (tetrardus) gravis organizat / trito finali, β archoos finalis orga-
 10 nizat κ tetrardo finali, ρ deuterios finalis ψ archoo superiori. Χ: Si vero
 cantus inchoat a tetrardo ρ finali ex eo statim progreditur organum
 in usque ζ tritum superiorem. Canamus itaque:

descr. 2

PR. Tu pa-tris sempiternus fi-li-us

Χ: Sentisne istud? Δ: Sentio hoc carmen tetrardi organo decoratum.
 Vellem autem scire, si tetrardus finalis absolutius ceteris organum pre-
 15 stet. Χ: Dico; si cantus eo potissimum constat, vagantibus aliis ipse
 semper organum tenet ex utroque latere, nisi raro finalem / tritum
 organum tangat; hoc habet nullus sonorum proprium. Si deuterio ρ
 cantus consistit, non rite suscipit organale decus.

9/10 β archoo finali organizat ρ terminalis, ρ deuterio finali ψ archoos superior
 cod. (videtur lectio falsa scriptiois abbreviatæ β arch. fin. organizat ρ tetr. fin.,
 ρ deut. fin. ψ arch. sup.)

descr. 1: Gratuletur omnis caro . . . cf. *Monum. Germ. Histor., Poetae aevi Carolini*
 II, 252 (*hymn. incertae originis XIII*) descr. 2: Tu patris . . . cf. *mus. enchir.*
 cap. XVIII, descr. 5

〈III〉

^{γ β β | F F J J F | β β}
 Rex cae-li, Do-mi-ne, squa-li-di--que so--li, 1,1
 Ty---ta-nis ni---ti--di, ma--ris un---di---so-ni.
^{F F J J γ γ J F J J F J F | β β}
 Te hu-mi-les fa-mu---li mo-du--lis ve-ne-ran-do pi-is 2
 Se iu-be--as fla-gi--tant va--ri---is li-be--ra--re ma-lis.
^{J J F J J F J J F I F}
 Cy-tha--ra sa-pi-en---tis me---lo--di-a est 3
 Ti-bi--met, ge-ni--tor, fo--re pla-ci-ta.
^{J J F J J J F J J F F I F}
 Cunc-ta cap--tus de-vo--to-rum lau-dum mu-ni--a 4
 Nos---tri quo-que su-me vo--tis ar-----mo-ni-am.
^{γ β β | F F J J F I <β> F}
 Pla---ca-re, Do-mi-ne, nos-tris ob-se-qui-is, 5
 Quae noc-te fe---ri-mus quo-que me-ri--di--e.
^{J J F J I I β β}
 Cri-mi-num J pur-ga ma-cu--las, 6
 Qui-bus cor--da nos-tra he--be-tant.
 No--bis et, J bo--ne se---ni--or,
 Pro re-----a---tu do--na ve--ni--am.
^{F I F I β β β γ γ β F F}
 Nul-lus di-gnus tu----is pot-----est op---tu-ti---bus 7
 Pre-sen---ta---ri si---ne la-----be fla---gi-ci----i,
 Ut_____ lau-dem tu----o sanc-to ca-nant no-mi--ni
 Et tu ges---ta non scru--ta-----ris, pi----is--si--me,
^{I F β β F}
 Sed cor ho-mi-num. 8

Edd.: J. Handschin, Über Estampie und Sequenz (Zeitschrift für Musikwissenschaft XII, 1929/30), S. 19; E. Jammers, Rhythmische und tonale Studien zur älteren Sequenz (Acta Musicologica XXIII, 1951), S. 19; B. Stäblein, Artikel „Sequenz“ (Die Musik in Geschichte und Gegenwart, Bd. 12, 1965), Notentafel Beisp. III; P. Dronke, The Beginnings of the Sequence (Beiträge zur Geschichte der deutschen Sprache und Literatur, 87. Band, 1965), S. 45.

Not. das. in cod. singulis vers. superscript. in hac ed. solummodo primo cuique versuum consentientium add. 3a est in cod. sine not. das. 3b fore cod. 4b armoniam cod. 5a domine cod. 5ab not. das. paenult. (β) om. cod. (cf. vers. correspond. 1ab etc.) 7c syll. -to in cod. sine not. das. (cf. vers. 2,7c)

- 2,1 ^{γ β β | β β γ γ β | β β}
Mor-ta--lis o-cu--lus vi-det in fa-ci---e;
Tu au-tem la-te-bras a--ni-mi per-a-gras.
- 2 ^{β γ γ γ γ γ β γ γ γ β γ γ | β β}
So-no-ris fi-di--bus fa--mu--li ti--bi--met de-vo--ti
Da-vi-dis se-qui-mur hu--mi-lem re-gis pre-cum hos-ti-am.
- 3 ^{γ γ β γ γ β γ | | β β}
Hoc Sa--ul lu--di-cro mi--ti-ga-ve-rat
Spi---ri-tum cum si--bi for-te de-bi-lem,
- 4 ^{γ γ β γ γ β γ γ β | β}
Spi-ri-ta-lem ab-o-le---bat ius--ti-ti-am
Ip--so io--co tu-a can-tans pre-co-ni-a.
- 5 ^{γ β β | β β γ γ β | β β}
Haec si--bi cae-li--tus mu-ne--ra ve-ne-rant,
Ut i-ram dul-ci-bus pre-me-ret mo-du--lis.
- 6 ^{γ γ β γ | | β β}
Sic et haec , nos---tra pla--ci--ta
Ti---bi fi--ant, De---us, can--ti--ca,
Et, quod ma--la ve---tant me-ri--ta,
Hoc fi----de---lis mens op---ti--ne-at.
- 7 ^{β | β | β β β γ γ β β β}
Il---lum di-gnum fa---ci---e-----bat re---li-gi---o
Ac man-da---ta le---gis et γ ob-ser--va--ti---o;
Nos___ di-gnos tu---us a-mor et de-vo-ti---o
Fa---ci---at fa---vor-que tu-----us nos pro-se-quens
- 8 ^{| β β β β}
Iu-vet dex-te-ra
- 3,1 ^{γ β β | β β γ γ β | β β}
Cae--lo--rum se-di-bus col--lo-cans a--ni-mas.
Qui-bus hic lu-te--as de-dit in--du-ci--as
- 8 ^{| β β β β}
Car-nis nos-trae.

2b syll. -cum in cod. sine not. das. 3b spiritu cod. 6a ^{γ | | | β β} nostra placita cod. 6c ^{γ | | |} merita
^{β β} vetant cod.; consens. rhythmici inversionem postulat 7d ^{β β β β β β γ | β β β β β β} fiat favorque tuus] fiat favorque tuus
cod.; omissa prima syll. eiusque not. das. (fac-) quidam reliquam partem vers.
additione litt. f complevit et not. das. versibus praecedent. accommodavit 3, 8 ultim.
not. das. β (arch.), non β (deut.) ut in edd.

〈IV〉

DE CANTU

Observandum est, ut aequaliter cantetur rata scilicet correptionis mensura et distinctiones membrorum vel cesorum in eo observentur.

Ut antiphona introitus et gradalis non multum tractim, sed moderate canantur, offertorius morose et modeste ad suae gravitatis proprietatem.

5

Ut dominicis diebus versus offertorii omnes canantur, similiter ubi speciale officium evenit. Porro II feria similiter offertorius, feria III prior versus, feria IIII secundus, item feria V offertorius, feria VI unus versus, feria VII secundus versus.

Si in feria qualibet propter sanctorum natalicia versus suus non canitur, non tamen feria sequente alius quam suus versus canatur. Alleluia: qui precinit, percurrat in primo. tunc chorus repetat. Ad postremum autem similiter perducatur, aut si congrua elevatione inposuerit, mox eum chorus adiuvet.

10

Epistulae et evangelia, quae in feria IIII aut VI eveniunt, non neglegantur. Si in eisdem feriis pro sanctorum nataliciis lecta non fuerint, aliis diebus legantur.

15

In aestate, id est a pentecoste et deinceps usque ad Kalendas novembres non nisi in sabbato ad vesperam de historia, quae noctu legitur, antiphona dicatur. Nocte vero dominica aut de evangelio, quod nocte legitur, seu de cantico evangelii dicatur. Ad vesperam in dominico die antiphona de evangelio, quod eo die lectum est, cantetur, reliquis diebus aut de eodem evangelio seu de cantico sanctae Mariae. Feria I, si sanctorum nataliciis evenerit, ad vesperam dominici non cantetur aliquid de eo natali propter honorem diei dominici, sed sequenti nocte incipiatur, excepto, si specialis honor sanctorum existit, quorum vel reliquiae habentur illic aut alia huiusmodi sit causa seu natalis apostolorum sit aut ubi ubi plenum officium agi debeat.

20

25

Ut „Gloria in excelsis Deo“ non cantetur nisi dominico die et ubi plenum officium agitur.

30

Ut in ieiunio quatuor temporum „Flectamus genua“ dicatur ad missas.

Ut quinta dominica ante natalem Domini incipiatur „Dicit Dominus: ego cogito“ et ex eo „Gloria in excelsis“ non cantetur usque ad natalem Domini.

35 Ut ex eo, quo de adventu incipit, de oratione crucis antiphonae non dicantur nec ad vesperam nec ad matutinam usque ad octavam epiphaniae. Deinde dicantur usque in caput ieiunei. Rursus cessetur de his usque ad resurrectionem Domini.

40 Ut idem evangelium, cuius expositio ad tercias nocturnas in festivitibus legitur, etiam ad missas legatur, non aliud.

Ut evangelia, de quibus duo aut tres seu IIII^{or} evangelistae dixerint, postquam id, quod constitutum est, dominica lectum fuerit, alia legantur in feriis. Similiter, si in alio evangelista habetur, praeter id, cuius expositionem ad nocturnas legunt; id legi convenit a presbytero post

45 „Te Deum laudamus“.

Ut hoc evangelio finito non eadem oratio, quae dicenda est matutinis finitis, dicatur.

Ut cantores duo sint magistri in choro, unus in dextero et alter in sinistro.

50 In palmis ad missam rami, quamdiu passio legitur, habeantur in manibus.

* * *

- 1 Diaphoniam seu organum constat ex diatessaron symphonia naturaliter derivari. Diatessaron autem est per quartanas regiones suavis vocum commixtio. Ergo ex hac collatione una quidem principali lege producitur, ut in quartanis locis vox voci resultet. Altera autem, ut in plerisque particulis ad finem sese voces diversae coniungant. Videlicet 5 ubi colon in finali rectore consistit, vel in lateralibus eius, id est in subsecundo ipsius aut in supersecundo. Verum ut in finalitatibus vox ad vocem apte convenire possit, tertia quoque lex accedit: quatinus ubi colon vel commatis positio ad finalem usque rectorem descendit seu in alium ex praedictis lateralibus suis, organum inferius descendere non 10 possit quam in illum usque sonum, qui a finali rectore fuerit subsecundus. Unde fit, ut plerumque haec lex tertia primae legi obviet et hoc obstante limite organum non semper quartanas regiones obtineat. Praeterea organum tres sibi sedes constituit, ut sit organum medium, organum superius, organum inferius. Medium vocatur organum, quod 15 moratur circa finalem rectorem, organum superius, quod circa socialem

¹ Id est: Corpora organa cum omnibus generibus carminum humanum corpus significant cum sensibus ac nervis. *A*

A K (inter mus. et scol. enchir.; cf. p. 59, app. crit.) + Köln, Dombibl. Hs. 52 (olim Darmstadt 2047), fol. 177^v (= Col.; ab alia mann in fine cod.) + Séléstat, Bibl. de la ville, Cod. No. 17 (1153), fol. 38^v—39^r (= Sel; in fine divers. tractatum; cf. Waeltner, l. infer. cit. S. 57—67) (12 ut plerumque . . . ss. om. AK) — Edd.: Ph. Jaffé et W. Wattenbach, Ecclesiae Metropolitanae Coloniensis Codices manuscripti, Berlin 1874, p. 109 s.; E. L. Waeltner, Das Organum bis zur Mitte des 11. Jahrh., Diss. masch. Heidelberg 1955, S. 22|23, überarbeitete Druckfassung (Die Lehre vom Organum . . .) 1975 (= Münchner Veröffentlichungen zur Musikgeschichte, Bd. 13, I), S. 54.

1/2 Dyaphonia vel organo dupliciter uti possum(us), id est vel per dyapente vel per dyatessaron. Sed organum per dyatessaron ex eadem symphonia naturaliter derivari. Sel (possum(us)]possū cod.) 1 seu]vel AK 2 derivari AKCol est om. Sel per]p K suavis per quartanas regiones Sel 3 clatione Col 4 in s. l. add. Col, om. Sel 4/5 implerisque A 5 sese ad finem Sel 6 cola AKCol lateribus AK eius sonis Sel 7 ipsius om. Sel ut]aut K in his finalitatibus Sel 7/8 ad vocem]voci Sel 8 quoque]quippe Sel quatenus Sel 9 colon]membri Sel committis A, committis K ad]in Sel 10 inferius s. l. add. Col 12 obviet]adversetur Sel et ob hoc Sel 13 non semper organum Sel optineat Col 14 tres sedes sibi sortitur organum Sel 15 et organum inferius Sel vocatur et quod om. Sel 16 circa finalem rectorem moratur Sel quod s. l. add. Col, om. Sel

eius superiorem, organum inferius, quod circa socialem eius inferiorem.
Cum fiant singula autem organa eodem legum iure, est interdum, ubi
deficientibus naturalibus spaciis tertiana et secundana etiam collatione
20 per quaedam membra abusivum organum ponimus. Poscit autem
semper organum diligenti et modesta morositate fieri, et honestissime
sacris canticis adhibetur.

17 quod *om. Sel* 18 cum fiant]s. l. add. *Col*, constant *Sel* autem singula *Sel*
organa *om. Sel* est]Est quoque *Sel* 19 et]vel *Sel* collatione *Col* etiam *om.*
Sel 20 per quaedam membra *om. Sel* 20/21 poscit autem semper organum]At
semper organum exigit *Sel* 21 fieri]agi *Sel* et sic honestissime *Sel* 22 canticis]
officiis *Sel*

* * *

Quemadmodum vocis articulatae elementariae atque individuae partes sunt litterae, ex quibus sillabarum et dictionum fit compositio, et in quibus earundem rerum resolutio, ita ptingorum musicorum, quos Latine modos vel sonos possumus dicere, rata coaptio totius armonicae modulationis constat esse perfectio, quorum rursus per congrua intervallorum spatia connumerata resolvitur commensio. Et veluti orationis bene constructae effectivae fiunt litterae, ita ptingi non solum consonam, sed et aequisonam non modo in naturali, verum in artificiali musica possunt armonicam efficere. Et sicut oratio per cola decurrens et comma clauditur periodo, ita quodque melos per ptingorum varians euphonia intendendo et remittendo per arsim elevando, per thessim deponendo terminari debet tono. Et tamquam illa partibus <textitur>, ita musica symphoniis. Simphonias autem VI esse constat, primas tres simplices, diatessaron, dyapente, diapason, alteras tres compositas, diapason simul et diatessaron, diapason simul et dyapente, <disdiapason>. Simphonia autem est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce, id est naturali musica, sive in artificiali, id est aut in pulsu cordarum aut in aeris tinnitu aut in flatu follium, sicut apparet in organo fistulari; quod ut vocaretur organum, vulgaris et non propria obtinuit consuetudo Grecorum. Quamquam etiam ibi non per diatessaron simphoniam succinat vel per diapente concinat organum (quod supra consonantiam diximus), quod proprium vocis est organum in naturali musica, quod et ibi pro libitu posset fieri, tamen per diapason et <dis>diapason ibi artificialiter canitur (quod et supra aequisonantiam nominavimus). Et quia, quid sit simphonia, diximus, cui contraria est diaphonia, id est discrepans vox, simphoniarum quoque ipsarum, quarum praemisimus nomina, vim et interpretationem dicamus.

Praha, Státní knihovna ČSSR MS. XIX. C. 26, fol. 28^v—34^r — Ed. (v. 13—147): K.-J. Sachs, Mensura fistularum (=Schriftenreihe der Walcker-Stiftung für orgelwissenschaftliche Forschung) Teil I, Stuttgart 1970, p. 45—48.

4 coaptio cod. (fortasse recte? an coaptatio?) 7 effective cod. 18 pulsu]pusδ cod.
 21 succinnat cod. 22 concinnat cod. 24 tam cod. (cf. eandem abbreviaturam v. 286 et 289)

1 s. cf. Calcidii commentarium in Timaeum Platonis (pars I, cap. XLIV) 18—20 cf. S. Augustini enarrat. in Ps. CL, 7, et Isidori Hispalensis etymologiarum libr. III, 21.

At vero, quoniam invisibilis est earum sonus quamvis sensibilis auditu
 30 et praeterfluit, nisi memoria inprimatur, unde et a poetis fictum est
 Musas Iovis memoriaeque filias, spatia intervallorum earundem, quan-
 tum humana sollertia commensurari a perspicacioribus potuerunt, per
 artificalem musicam, id est per fistulas cum numeris eis cognatis arith-
 meticis, annotemus. Arithmetica namque, id est numeralis scientia
 35 secundum se, caeterarum trium matheseos disciplinarum principium
 matrisque quodammodo obtinet portionem. Quod ut de reliquis, id
 est geometrica, astronomia, modo sileamus, de musica hinc maxime
 probari potest, quod non modo illa priora sunt natura, quae per se con-
 stant, quam illa, quae ad aliquid referuntur, sed etiam ea ipsa modu-
 40 latio armonica numerorum arithmeticorum nominibus annotatur.

Diatesseron quippe ex IIII^{or} interpretatur. Ex IIII^{or} enim constat
 ptongis, veluti A B C D, et tribus intervallis, duobus scilicet tonis et
 semitonio, velut si fiat comparatio superparticularis cuiusdam numeri.
 Superparticularis namque numerus est, quotiens maior numerus con-
 45 tinet totum minorem et eius insuper aliquam partem, utpote XII ad
 VIII, et VIII ad VI. Duodenarius quippe continet novenarium totum,
 et insuper eius tertiam partem, id est III^{es}. Similiter VIII continet VI
 et eius tertium, id est II. Quae proportio sesquitercia dicitur in arith-
 metica vel epitrita. Quota namque portio est quaternarii ad ternarium,
 50 tota est duodenarii ad novenarium et octonarii ad senarium. In musica
 vero dicitur diatesseron. Fistula enim quaecumque distans quarto ab
 alia loco, si constare debet duobus tonis et semitonio, continebit
 maior minorem semel et eius tertium, vel tantundem continebitur mi-
 nor a maiore. Et ubicumque supradictorum trium intervallorum, id
 55 est duorum tonorum et semitonii, erit distensio, sive primo sive secundo
 sive tertio loco ponatur hemitonium, eadem sesquitercia erit portio et
 eadem fistularum per epitritam divisionem rata dimensio.

Diapente dicitur ex V^e. Quinque enim constat ptongis, veluti D E F
 G H, et IIII^{or} intervallis, tribus scilicet tonis et semitonio, tamquam
 60 si fiat comparatio alicuius superparticularis numeri, ut XII ad VIII,
 et VIII ad VI. Continet enim octonarium quidem duodenarius et eius
 insuper medium, id est IIII^{or}, similiter novenarius senarium et eius me-
 dium, id est III. Quae proportio sesquialtera dicitur in arithmetica. Quota

30 preterfluit *cod.* 38 s̄ *cod.* 40 annotantur *cod.* 61 quidem]quod *cod.*

35 ss. *cf. Boethii de institutione arithmetica libr. I, 1*

namque portio est ternarii ad binarium, tota est duodenarii ad octo-
narium, et novenarii ad senarium. In musica vero dicitur hemiolia vel 65
diapente. Fistula enim quaecumque distans quinto ab alia loco, si constare
<debebit> tribus tonis et semitonio, quocumque loco sive primo
sive ultimo sive medio aliquo ponatur semitonium, continebit maior
minorem, vel continebitur minor a maiore semel et eius medio.

Diapason dicitur ex omnibus. Distenditur VIII ptongis, VII inter- 70
vallis, veluti A B C D E F G H, continens duas superiores simphonias,
diatesseron, id est duos tonos et semitonium, et diapente, id est III^{es}
tonos et semitonium, ac per hoc V^e tonos et II^o semitonio, unum minus
alterumque minus, quae, quamvis duo sint, integrum tamen non valent
efficere tonum. Nam non ideo dicitur semitonium, quod dimidium ha- 75
beat tonum, sed aliquam partem toni, sicut et semi-vocalis et semi-dii
et semi-viri. Antiqua cithara VIII^{io} erat chordarum, antequam a per-
spicacioribus scrutatoribus in tantum redigeretur ad purum, ut VII
forent discrimina vocum. Unde, cum fidibus omnibus caneatur, dia-
pason, id est ex omnibus, aequisonantia reddebatur. 80

Notandum sane symphoniarum alias consonas, alias esse aequisonas, et
consonas quidem designari numeris superparticularibus, aequisonas vero
multiplicibus. Quarum aequisonarum prima est diapason, constans supe-
rioribus duabus consonis, diatessaron et diapente, sicut et multiplex du- 85
plex in arithmetica duobus potest designari superparticularibus sesquiter-
tio et sesquialtero. Positis enim talibus numeris VI VIII VIII XII, vide-
bis et directe et conversim sesquitercium et sesquialterum, vel sesquial-
terum et sesquitercium, in extremitatibus designare duplum. Sicut enim
senarius sesquitercius est octonarii, sic novenarius duodenarii fit, sicut
octonarius sesquialter est duodenarii, ita senarius novenarii. Designatae 90
vero ad invicem extremitates, id est senarius et duodenarius, duplam
protendent portionem, sicut comparatae medietates, id est octonarius
et novenarius, respondent epogdoun, qui in musica dicitur tonus, quae
mensura communis est et inter diatessaron et diapente veluti D et E,
sed et unicuique fistulae ad alteram exceptis semitoniis, velut A ad B, 95
B ad C et cetera. Maior enim continet minorem totam et eius insuper
octavam partem, veluti novenarius octonarium et eius octavum <id>
est unum. Omnium ergo musicorum sonorum communis est haec men-
sura. Fistula itaque quaecumque distet ab alia octavo loco, et duas

64 duadenarii cod. 73 minus]maius cod. 77/78 perspicatoribus cod. 84 duarum
cod. 85 arithmetica corr. in arithmetica cod. 96 cetera cod.

100 superiores continebit simphonias, sesquiterciam et sesqualteram, et dupla alteri, id est diapason, respondebit proportione.

Reliquarum sane simphoniarum, quas compositas diximus, non nisi paucis opus est rationem reddere, cum per ipsa, ex quibus componuntur, nomina spatia et dimensiones, commensuralitates et proportionalitates sollers inquisitor ex supradictis facile possit colligere. Est autem
 105 una diapason simul et diatessaron, veluti si diapason, id est A et H, aequisonanti diatessaron, <id> est L et H, consonet epitrito, quae est XI^{ma} in musica artificiali. Et hoc modo H et A aequisonabit per diapason duplo, L vero ad H consonabit per diatessaron epitrito, succinetque ad P, quae est XV^{ma}, sesqualtero. Sed notandum, quod L, quae est XI^{ma}, et A, quae est prima, nullo multiplici vel superparticulari numero, quas duas solas species relatae ad aliquid quantitatis armonica admittit medietas, conferentur. Veluti si statuatur ordinatim numeri
 115 tales VI XII XVI, duodenarius quidem ad senarium diapason duplicis obtinebit portionem, continet enim eum bis, XVI autem ad XII epitrita different ratione, continet enim maior minorem et insuper eius tertiam partem, <id> est IIII^{or}. XVI autem et VI nulla vel multiplici vel superparticulari convenient ratione; est enim multiplex superpartiens. Habet namque XVI^{cim} VI^{um} bis et insuper IIII^{or}, quae sunt II^e
 120 partes VI^{rii}, id est II^o et II^o sublata tertia. Unde et duplex superbi-partiens dicitur. Fistula quoque continebit maior minorem bis et II^{as} insuper minoris partes, si in tres aequas partes fiat ipsius minoris dimensio.

At vero altera compositarum simphoniarum dicitur diapason simul
 125 et diapente, veluti si H et A, quae est duplicis diapason aequisonantia, consonet sesqualtera diapente M, quae est XII^{ma}, ad XV^{mam} quidem, quae est P, succinens diatessaron, ad VIII^{vam} vero concinens diapente, quae est H, ad E quoque, quae est V^{ta}, diapason duplicis, ad A vero, quae est prima, diapason simul et diapente triplicis modu-
 130 lamē; tamquam si stabiliantur ordinatim numeri tales VI^A VIII^E XII^H XVIII^A XXIII^P, decem et VIII^{to} quidem ad XXIII^{is} subsesquitercius, ad XII sesqualter, ad VIII^{is} duplus, ad sex triplus erit. Fistula quoque XII^{ma} triplo metitur primam, duplo V^{tam}, sesqualtero octavam; subepitrito vero metietur a XV^{ma}.

113/14 numeralitates cod. (cf. v. 86 et 130) 119 VI^{um}]V^{um} cod. IIII^{or}]III^{or} cod.
 125/26 aequisonanti cod. 130 inter VI et VIII^{is} add. VIII (sine littera) cod.
 131 xviijxviii cod.

Iam vero quantum spatii <tertia> compositarum occupet simphoniarum, 135
 putamus esse perspicuum. Est autem disdiapason. Positis enim supra
 digestis numeris, qui omnibus musicis aptantur simphoniis, VI ad XII
 duplicis diapason, itemque VI ad XVIII triplicis diapason simul et
 diapente, rursus VI ad XXIII quadruplicis bisdiapason obtinebit rationem; sicuti idem senarius ad octonarium sesquitercius, ad novena- 140
 rium invenitur sesquialter. Octonarius vero et novenarius differunt
 epogdoo. Quadrupla autem non solum numerorum ratione, sed et fistu-
 larum comprobatur rata dimensione, quia XV^{ma} posita quadruplo met-
 titur primam, sicuti sesquitercio quarta, sesquialtero quinta, duplo
 octava, triplo duodecima. Et hic perpendendum inter sesquitercium 145
 et sesquialterum, id est inter quartam et quintam fistulam, rite dimen-
 sum epogdoo, id est tonum.

Hos autem XV^{cim}, quos supradictae VI efficiunt simphoniae, sonos
 armonicos liquet esse, quos excellentissimus auctor Boetius sagacissimos in hac arte magistros diverse diversis temporibus demonstrat 150
 augendo repertis addidisse, quosque ipse ad purum digestos describit,
 et ordinate nominans eos sive a gentium vocabulis, a quibus quisque
 modulatur maxime – suis enim quaeque gens delectatur modis –, vel a
 propriis interpretationum significationibus, quorum gravissimus ypo-
 dorius, acutissimus est yperlidius, vel medius mese, primus et ultimus 155
 proslambanomenos et nete yperbole.

Sane hic cum audis tonum, omnium musicorum sonorum exceptis se-
 mitoniis intellegas minimum, eum scilicet, quo quisque ab altero secus
 se posito differt ptongus vel acumine vel gravitate, non eum, de quo
 postea dicturi sumus, qui in vocis accentu vel tenore consistit et non 160
 solum ptongis, sed etiam una vel pluribus constat symphoniis. Potest
 vero nonnullos movere, cum XV^{cim} soni dicantur esse, cur VI tantum
 monstrentur simphoniae, et ipsae per loca aptatae et non ubique. Sed
 superiora bene perpendenti, facile erit haec omnia contemplari. Quic-
 quid enim consonum constat et aequisonum, id esse liquet et simpho- 165
 num. Aequisonum autem dicimus, cum voce virili aequisonat puerilis
 vel puerilis imitator vocis duplo graviorem vel quadruplo superat quasi
 aequisonando vocem, quod supra in diapason et bisdiapason ostendi-
 mus proportionem, consonum autem, cum principali rite canentis voci

138 XVIII cod. 143 quadrupla cod. 144 quartam cod. quintam cod. 145
 octavam cod. duodecimam cod. 154 proprii cod. 160 vocis accentu]locis ac-
 centum cod. 163 ipse . . . aptate cod. 167 quasi]quis cod.

170 vel consonat humiliter sesquitercio vel altius concinit sesquialtero organalis, vel sesquialtero gravius consonat et sesquitercio altius concinit organali principalis, vel conversim, quod superius in diapente et diatesseron et diapason simul et diatesseron et diapason simul et diapente et monstratum est et monstrabitur ratione. Ubi etiam notandum, quod

175 non aequa principali cum organali voce in his duabus simphoniis diatesseron et diapente sit progrediendi potestas. Nam in diapente, quae constat tribus tonis et semitonio, facilius est organalis cum principali (progressus), veluti si sumat initium principalis ab E, organalis quoque ab A, videbis concorditer organalem cum principali procedere

180 habentem aequae tertio loco semitonium, primo, II^o, IIII^o, V^o tonum, veluti A[!] B[!] C[!] D[!] E[!] F[!] G[!] H[!] I[!] K, quod organum vulgare apud Italos et Suevos viget maxime. In diatesseron autem non ita: Voce enim principali per autenticos tonos usque ad decimum licenter progrediente ptingum vel per laterales usque ad quintum, organalis circa

185 finalem tertium vix ascendendo vel descendendo attingit sonum. Sed sciendum rationem id efficere semitoniorum: quarto enim loco organali distante a principali, non ea potest esse concordia tonorum et semitoniorum, quae fuit per diapente V^o. Quapropter organum sesquiterciale, quod omnibus magis est rationale, semitonium nullum dignatur

190 transcendere, sed circa finalem ad semitonia usque pervagare vel in maioribus tonis ad aliam superiorum ptingorum dispositionem transiliendo evadere. Nec superfluos iudicemus intercapedines semitoniorum simphonias supradictas efficientium: Nichil enim consonum vel aequisonum ac per hoc nec symphonum, (si) minus a iam dictis simphoniis in ptingis intercapax intervallorum, sed magis tristemoricum vel

195 tetrastemoricum ac per hoc diaphonum. De quorum absoniis magis passivis quam imitandis magis arbitramur silendum, cum ea Boetius commemoret vitanda non sequenda. Ad proposita sane tendentibus sciendum bene moratam musicam variis semitoniorum effici succentibus.

200 Si enim nullum esset semitonium, sola ubique inveniretur dimensio epogdoicorum limmatum, nulla umquam proportio redderetur superparticularium, proindeque nec concinens vel resonabile foret, etiam quod humanum perficitur ore vocale organum, solae essent proportionalitates multiplices, unde et solae symphoniae aequisonae. Sed et is,

171 gravis cod. 181 $\overset{t}{A} . \overset{t}{B} . \overset{t}{C} . \overset{t}{D} . \overset{t}{E} . \overset{t}{F} . \overset{t}{G} . \overset{t}{H} . \overset{t}{I} . \overset{t}{K}$ cod. 195 intercapax] inter fortasse delendum; an minor . . . intercapedo? 199 variis]vatus cod. 203/04 proportionalitates cod.

qui modo est sonus octavus in ratione dupla, fieret VII^{mus}, qui quintus 205
decimus in quadrupla, proveniret XIII^{mus}, sed nec ipsi integri quan-
tum ad imperfectionem semitoniorum, sicut ex parte supra monstra-
tum est. Nunc vero semitonia inter tonos correptos et productos ratio-
nabiliter alternando secundum supradictas symphonias et modo pri-
mum, modo secundum, aliquotiens vero tertium, nonnumquam etiam 210
locum optinente quartum rata ac delectabilis modulatio IIII^{or} auten-
ticorum et totidem plagis lateralium perficitur tonorum. De quorum
proprietas quia post latius habemus tractare, nunc interim signa vel
caracteres, quos supra ptingos vocavimus quosque ad demonstrandam
cuiusque melodiae vim vel, quantum in acumine intendatur, vel, quan- 215
tum in remissione gravetur, vel, quos morosis concentibus variata fina-
les habeat tropos, sicut praefixit antiquitas, ordinatim et figuraliter,
nominatim et numeraliter annotemus. Sunt autem IIII^{or} tetrachorda,
scilicet gravium, finalium, superiorum, excellentium, et unum dichor-
dum iacentium, qui insimul colliguntur XVIII. Vocantur autem sin- 220
guli characteres < suis nomi > nibus, ✓

ac primus archos vel protos, secun-	♯ _t deuteris	} iacentium >	
cus deuteris, tertius tritos, quartus	♯ _t archos vel protos		
tetrardos, addito pro differentia co-	♯ _t tetrardos	} excellentium >	
gnoscendi vel gravium, vel finali-	♯ _s tritos		
um, vel superiorum, vel excellen-	♯ _t deuteris		
tium, vel iacentium. Sunt autem	♯ _t protos vel archos	} superiorum >	
huiusmodi: ✓	♯ _t tetrardos		
Non ideo autem XVIII descripti	♯ _s tritos	} finalium >	
sunt ptingi, ut aliqua possit esse	♯ _t deuteris		
melodia, quae tot constet sonis,	♯ _t archos vel protos	} gravium >	
sed quia maiori tono a finali suo	♯ _t tetrardos		
usque ad nonum vel decimum, pro	♯ _s tritos		
libitu componentis liceat eum exten-	♯ _t deuteris		
dere sonum insuper et II ^{os} finales	♯ _t < protos vel archos >		
habitu usque ad undecimum, cum	♯ _t < tetrardos >		
minori non sit fas progredi V ^{ium}	♯ _s < tritos >		
vel aliquotiens VI ^{ium} . Utrique	♯ _t < deuteris >		
vero descendendi ad solum copia	♯ _t < archos vel protos >		
concessa sit quintum.			

Finales autem eos dicimus ptingos, ad quos quique toni, quantumlibet
 vel excelleant intendendo vel graventur deponendo, finalem remittunt
 stivam et in quibus ultimam terminant notam. Quos tetrachordorum
 secundos statuimus, habentes retro primos graves, ut autentus protus
 245 proto finalium finitur, usque ad eiusdem nominis gravem descendendi
 habeat copiam. Ante vero superiores excellentes, ut autentus tetrardus,
 tetrardo finalium finitur, liberum per superiores usque ad eiusdem
 nominis excellentem habeat ascendendi progressum. Quattuor autem
 tantum in naturali musica sunt toni, quanquam VIII^o in carminibus
 250 dicantur modi. Et IIII^{or} quidem maiores, id est primum, III^{um}, V^{um},
 VII^{um} vocamus autenticos, id est auctorales, IIII^{or} vero minores, id
 est II^{dum}, IIII^{tum}, VI^{tum}, VIII^{vum} laterales vel iuniores maiorum. Maiores
 magistros, quia duplo in ascendendo metiantur minores, minores
 dicimus laterales, quasi a latere maiorum subiugales. Et notandum in
 255 hoc tantummodo differre minores a maioribus suis, quod non tanta sit
 eis in acumine intendendi potestas quanta maioribus, cum non plus
 uno a finali suo usque ad eiusdem nominis superiorem liceat ei ascen-
 dere ptingum, maiori vero usque ad eiusdem nominis excellentem, vel
 amplius uno. Caeterum descendendi usque ad eiusdem nominis gra-
 260 vem aequae laterali ut autentico suo licentia est attributa, sicut et eun-
 dem magister habiturus est quem et iunior tonus finalem, ac perinde
 IIII^{or} tantum musicam naturalem diximus consistere tonis veluti toti-
 dem finalibus ptingis.

Sane quia de finalibus cur diceretur diximus, reliquorum tetrachordo-
 265 rum rationem paucis dicamus. Gravium dicitur primum, quia cuique
 tono sive autentico sive laterali communis est a finali usque ad eiusdem
 nominis gravem descensionis depositio. Superiorum vero et excellen-
 tium dicuntur cetera, eo quod cuique melo ad superiora rationabiliter
 scandenti per eos moderata fiat progressio, et maioribus tonis quidem
 270 a finali usque ad eiusdem nominis excellentem, minoribus vero usque
 ad eiusdem nominis superiorem. Ac per hoc maioribus multiplices,
 minoribus autem superparticulares aptantur numeri et symphoniae.

241 quique]quinque cod. 243 singulare testimonium eiusdem significationis nominis
 stiva, -ae praebet Guido ord. Cist. in tractatu de cantu seu correctionis antiphonarii
 Cisterciensis (Migne PL 182, 1130 A: Neumata <scil. noeanoeane> inventa sunt
 singulis subjiciendis antiphonis, quae apud quosdam stivae vocantur), qui hoc
 nomen „apud quosdam“ lectum vel auditum ipse ignorare videtur. An est stiva lectio
 falsa nominis abbreviati (syllaba?) et Guido citat tractatum nostrum? 267 supe-
 riorum cod.

Unde fit, ut maioribus usque ad nonum a finali suo progredientibus ptongum vel etiam licentiose X^{mum}, minores nusquam liceat V^{tum} vel etiam VI^{tum}.

275

Quicumque itaque tropus supradictos vel in ascendendo ratae dimensionis supergressus fuerit terminos, absonus non consonus, dissonus iudicabitur non aequisonus, et aures offendet etiam imperitorum artis huius ac per hoc non euphonus, sed dicetur diaphonus. Quantum quippe legitimum extensionis eum, qui digestus est, excedens occu- 280 paverit terminum, tanto a finali, quo ceperat, discrepans altius terminabitur altero. Indeque perveniet, ut, quotus finalis fuerit mutatus, totus mutetur et tonus. Sepe sane honeste a quibusdam huius artis perspicacioribus id provenire cautum est in quibusdam videlicet antiphonis et responsis nocturnalibus et maxime in modulis vulgate sequentiis 285 dictis sollempnibus, editis tamen solummodo tonis iunioribus, scilicet ut, quia laterali tono a finali suo V^{tum} vel VI^{tum} non licet excedere ptongum, progrediatur duplo licentiose id est ad X^{mum} usque vel XI^{mum} ita tamen, ut alterum superiorem eiusdem nominis ptongum capiat finalem a primo, quo ceperat, finali V^o loco distantem, varieturque 290 ordo tetrachordorum finales primos pro gravibus, superiores vero pro finalibus, excellentes quoque et iacentes pro superioribus iuxta mutantium. Iam vero putamus sollertioribus esse perspicuum, cur IIII^{or} supra digestis generibus tetrachordorum unum, id est iacentium, additum sit dicordum. Patet enim, ut exempli gratia quiddam demonstretur, 295 quod modula alleluistica, quae dicitur „Christi hodierna“, ex quarto troporum regitur laterali, id est plaga tetrardi, et duos habeat finales, unum tetrardum finalium, alterum quinto loco distantem tetrardum superiorum, et ab novissimo finali, id est tetrardo superiorum, ad quintum vel sextum vel etiam septimum, quae mensura extensionis con- 300 munis est omnium lateralium tonorum, dicordum habeat iacentium, id est archoum vel protum et deuterum. Ut tandem, quod dicimus, fiat planum, figuram subdidimus IIII^{or} lateralium, in qua et concordiam naturalis et artificialis monstremus armoniae per abcdarium et seriem ptongorum in ratione tonorum et semitoniorum dimensionem 305 quoque symphoniarum; sed ex quibus symphoniis quisque fiat tonorum . . .

277 terminus *cod.* 278 etiam]et tam *cod.* 285 vulgatae *cod.* 286 sollempnibus *cod.* 303 laterum *cod.* 303/04 concordia *cod.* 305 dimensio *cod.*

COMPOSITIO MONOCORDI SECUNDUM ENCHIRIADEM

Prima corda notabitur per A. Divide totum A per medium et habebis octavam cordam H. Divide A usque ad H per medium et habebis D. Divide totum A per ter et habebis quintam cordam E. Accipe IIII^{tam} partem de toto D et habebis G. Accipe III^{am} partem de toto E et facies VIII cordam, quam designabis per I. Appone retro ad I suam terciam partem et facies VI cordam F. Appone retro ad G suam medietatem et habebis C. Appone retro ad F suam medietatem et facies secundam cordam B. Ecce novem cordas. Accipe de toto F terciam partem et habebis K. Divide totum D per medium et facies XI^{mam} cordam, quae titulabitur per L. Partire totum E per medium et habebis XII cordam per M. Partire F <per medium> et facies XIII

Partire totum A per medium et habebis H. Partire per medium A usque ad H et habebis D. Accipe terciam partem de toto A et habebis E. Accipe quartam partem de toto D et habebis G. Accipe medietatem de toto G et appone eidem retro et habebis C. Accipe terciam partem de toto E et appone eidem retro et habebis B. Accipe terciam partem de toto B et habebis F. Ecce habes VIII cordas. Partire per medium totum B et habebis I. Accipe terciam partem de toto F et habebis K. Partire per medium totum D et habebis L. Partire per medium totum E et habebis M. Partire per medium totum F et habebis N. Acci-

¹ Hic inest summus error. dic ergo ut infra: appone retro ad E suam terciam partem et facies secundam cordam B. Ecce etc. *Paris 10509*⁺

Ia: *Paris, Bibl. Nat. Ms. lat. 10509, fol 64^{r+v}*; *San Juan Capristano (Calif. USA), Bibl. Rob. B. Honeyman Jr., Ms. Phillipps 12145, fol. 41^r* — Ib: *Cambridge, Trinity College MS. 944, fol. 134^v — 135^r + 136^v — 137^r (= Cb)*; *Milano, Bibl. Ambrosiana, Cod. M. 17 sup., fol. 38^v — 39^v (= Mi)*; *Paris, Bibl. Nat. Ms. lat. 2627, fol. 84^r (= Pa)*; *Paris, Bibl. Nat. nouv. acq. lat. 443, fol. 34^v (= Pn) — Ed. (Ia): A. de la Fage, Essais de diphthérogaphie musicale, Paris 1864, p. 74.*

inscr. vac. CbMi compositio monocordi om. *Ms. Phill. PaPn 8 C]E Cb* accipe ... — 10 ... habebis B om. *Pn 13* totum om. *Pn 15 K]N Pn 17* partire ... — 18 ... habebis M om. *Mi*

cordam per N. Accipe de K terciam partem et facies XIII per O. Divide H per medium et facies XV per P. Divide I per medium et facies XVI per Q. Divide K per medium et facies XVII per R. Accipe de O terciam partem et facies XVIII per S. Ecce in Enchiriade XVIII cordae.

Primae IIII^{or} cordae dicuntur graves A B C D. Item IIII^{or} dicuntur finales E F G H. Aliae IIII^{or} dicuntur superiores I K L M, et IIII^{or} aliae excellentes N O P Q et <super> has sunt duae positae R S. Primae igitur IIII^{or} notantur per hos caracteres 𐀓 𐀔 N 𐀕. Aliae IIII^{or} per hos notantur 𐀖 𐀗 𐀘 𐀙. Aliae IIII^{or} per hos 𐀚 𐀛 𐀜 𐀝. Aliae IIII^{or} per hos 𐀞 𐀟 𐀠 𐀡. Aliae II^{ae} hos habent caracteres 𐀣 𐀤. Ex his omnibus quaternis cordis prima vocatur protus, II^a deuterus, tertia tritus, IIII^{ta} tetrardus.

pe terciam partem de toto K et habebis O. Divide per medium totum H et habebis P. Divide per medium totum I et habebis Q. Divide per medium totum K et habebis R. Accipe terciam partem de toto O et habebis S. Ecce habes XVIII cordas.

Primae IIII^{or} cordae dicuntur graves. Item aliae IIII^{or} dicuntur finales. Aliae IIII^{or} dicuntur superiores. Et aliae IIII^{or} nuncupantur excellentes. Et super has sunt duae positae, quae dicuntur iacentes. Primae¹ igitur IIII^{or} notantur per hos caracteres 𐀓 𐀔 N 𐀕. Aliae² IIII^{or} per hos notantur 𐀖 𐀗 𐀘 𐀙. Aliae³ IIII^{or} per hos 𐀚 𐀛 𐀜 𐀝. Aliae⁴ IIII^{or} per hos 𐀞 𐀟 𐀠 𐀡. Aliae duae extremae⁵ hos habent caracteres 𐀣 𐀤. In omnibus quaternis cordis prima vocatur prothus, secunda deuterus, tertia tritus, quarta tetrardus.

¹ i. e. graves Cb ² i. e. finales Cb ³ i. e. superiores Cb ⁴ i. e. excellentes Cb
⁵ i. e. iacentes Cb

I a: Paris 10509, Ms. Phill. — I b: Cb Mi Pa Pn (48/49 ... tetrardus. fin. Ms. Phill. Pa Pn); (sigla codd. vide in pag. praeced.)

25 O]C Pn divide]partire Mi 26 divide]partire Mi 33 cordae om. Mi cordae ... — 35 ... IIII om. Pn dicuntur om. Cb 35/36 superiores]excellentes Mi 36 IIII aliae Mi nuncupantur om. Cb 37 excellentes]superexcellentes Mi 38/39 quae dicuntur iacentes om. MiPaPn 39 igitur om. Mi 39/40 per hos notantur Mi 41 et aliae Mi 41/42 notantur om. CbMiPn 42 aliae vero Mi 42/43 per hos om. Pa 44 𐀚]𐀛 Pa aliae om. Mi 46 in]ex MiPn in ... — 48/49 ... tetrardus om. Cb

50 Cordae quaedam finales dicuntur, quia in eis omnis regularis cantus finitur. IIII^{ta} corda secundum Boetium et quinta secundum Enchiriadem sunt finales primi toni, 55 qui dicitur protus, et secundi, qui dicitur plaga proti, qui est iunior primi toni. Quando plus ascenderit cantus de primo tono, tangit octavam cordam super finalem, et 60 secundum quosdam rarissime tangit nonam. Descendit subtus a finali usque ad terciam et rarissime usque ad quartam. Secundus autem tonus, qui est iunior, ascendit supra finalem cordam usque ad 65 quintam et raro tangit sextam et preter has tangit secundum Boetium paramese, quae non invenitur in alio monocordo. Descendit 70 autem usque ad quartam et in Enchiriadi usque ad quintam. Iuniores vero alii aliquando IIII^{or}, raro quinque descendunt. Similiter facies de aliis tonis. Est autem finalis corda in tercio et IIII^{to} tono 75 secundum Boetium quinta, secundum Enchiriadem sexta. In quinto et sexto secundum Boetium sexta, secundum Enchiriadem septima. In septimo et octavo secundum Boetium septima, 80 secundum Enchiriadem octava.

Cantus, qui legitime est factus, has debet tenere mensuras in ascendendo et descendendo: Quartam cordam secundum Boetium et quintam secundum Enchiriadem. Sunt finales primi toni, qui dicitur protus, et secundi, qui dicitur plagis proti, id est iunior primi toni. Quando plus ascendit cantus de primo tono supra finalem cordam, tangit octavam et secundum quosdam nonam, sed hoc rarissime. Descendit autem subtus usque ad terciam et rarissime usque ad quartam. Secundus autem tonus, qui est iunior primi, ascendit supra finalem usque ad quintam et rarissime tangit sextam. Et praeter has tangit secundum Boetium illam cordam, quae vocatur paramese, quae non invenitur in alio monocordo. Descendit autem usque ad quartam et secundum Enchiriadem usque ad quintam. Similiter fit in aliis tonis. Est autem finalis corda in tercio et quarto tono secundum Boetium quinta et secundum Enchiriadem sexta, in quinto et sexto secundum Boetium sexta et secundum Enchiriadem septima, in septimo et octavo secundum Boetium septima et secundum Enchiriadem VIII^{va}.

Ia: Paris 10509 — Ib: Cb Mi (sigla codd. vide in pag. 233)

54 enchiriadon Mi 62 subtus autem Mi 63 usque² om. Mi 65 qui est iunior primi om. Mi 67 rarissime tangit]licenter usque ad Mi 72 secundum om. Cb 77 et om. Mi henchiriadem Cb 82 henchiriadem Cb

MONOCORDUM DOMNI ENCHERIADIS

Monocordum Encheriadis constat ex X et VIII cordis, ex quattuor videlicet gravibus et quattuor finalibus, quattuorque mediis ac totidem excellentibus adiunctis duabus superexcellentibus. Componuntur ex tono et semitonio duobusque tonis. Huius autem monocordi particio sic disponitur: Primum totam tabulam per quattuor divide sec- 5
 tiones, quarum prima in sinistra magoda primae gravis nomine titula-
 tur, secunda quarta gravis nominatur, tertia autem quarta finalis dici-
 tur et quarta tertiae excellentis vocabulo pollet. Iterum eandem tabu-
 lam in novem divide, nonamque partem in sinistra pro tono constitue,
 atque ipsa corda secunda gravis vocatur. Deinde a dextra magoda 10
 usque quartam gravem in VIII divide, nonamque in ante porrectam
 pro tertia gravi accipe. Item usque ad eandem quartam gravem per
 VIII metieris, et nona pars erit prima corda finalis. Usque ipsam
 primam finalem per VIII metiendo, faciendo faciet nona pars II fina-
 lem in semitonio. Inde usque supradictam quartam finalem VIII par- 15
 tes disponens, nona in ante protensa ostendit III finalem. Mox etiam
 usque ad ipsam quartam finalem per VIII partiens, nonaque pars
 primam mediam demonstrabit. Hinc usque primam mediam per VIII
 divide, et nona pars pandet secundam mediam in semitonio. Retro a
 quarta finali usque tertia iam dictam excellentem per medium divide, 20
 in ipsoque meditullio tertia mediam constitue. Dehinc usque ad ip-
 sam tertia mediam per novem metire, nonamque partem pro quarta
 media pone, et usque quartam mediam per VIII dividendo in nona
 parte primam excellentem constituito. Insuper ipsam primam excellen-
 tem per VIII partieris, in parte nona fiet secunda excellens. Usque 25
 tertia vero supradictam per VIII metiens, nona pars monstrabit
 quartam excellentem. Per novem bis multiplica, et in fine ultimos ex-
 cellentes multiplica. Prima gravis, secunda gravis, tertia gravis, quarta

Alençon, Bibl. municipale, Ms. 2, fol. 118^{r+v} (= Al); Durham, Cathedral Library, Ms. B. II. 11, fol. 107^{r+v} (= Du); Madrid, Bibl. Nacional, Ms. 91, fol. 113^v — 114^r (= Ma); Ms. Phillips 12145 (cf. p. 233, Mens. I a), fol. 41^{r+v} — Edd.: F. Ravaisson, Rapporis . . . sur les bibliothèques de l'ouest, Paris 1841, p. 370; J. P. Migne, Patrologiae latinae cursus completus, tom. CLI, Paris 1853, col. 693/94.

loco inscr. Item alia divisio *Ms. Phill.* 2 Encheriadis *corr. ex encheridiadis Al* 6 magada *Al* 10 magada *Al* 11 usque ad *Du* 17 partieris *Al Du* nonamque *Du* 25 VIII]IX *Al* in prima nona parte *Al*

gravis. Prima finalis, secunda finalis, tertia finalis, quarta finalis. Prima
 30 media, secunda media, tertia media, quarta media. Prima excellens,
 secunda excellens, tertia excellens, quarta excellens. Superexcellentes
 duae. Prima finalis inclinum s ad caput ita A . Secunda finalis c ver-
 sum ad caput ita A . Tertia finalis i iota simplex et inclinum ita I .
 Quarta finalis c dimidium ad caput ita A . Graves retroversi finales
 35 ita $\text{Y}_t \text{N}_s \text{?}_t \text{Y}$. Superiores demissi capita finales ita $\text{Y}_t \text{J}_s \text{Y}_t \text{J}$. Excel-
 lentes demissi capita graves ita $\text{k}_t \text{L}_s \text{I}_t \text{h}$. Excepto trito, qui in gra-
 vibus notam habet N inclinum N in superioribus N versum et incli-
 num N . In excellentibus iota perfixum I . Duo residui signa habent
 40 $\text{—} \text{S} \text{—}$ iacentis proti et deuteri. Sunt omnes XVIII, quo videlicet sin-
 guli extremam suam symphoniam attingant, id est XV sonum.

Al Du Ma Ms. Phill. (sigla codd. vide in pag. praeced.)

39 XXVIII *DuMa*

32 ss. = *mus. ench. cap. II, 4—15*

MENSURA MON<OCORDI>

In monocordo, quod dicitur Fortunatiani, illa mensura tenenda est, ut in principio totius spatii ponatur protus gravis cum hac nota γ . Deinde tota regula in VIII dividatur, et illa parte nona detracta ibidem ponatur deuterus gravis cum hac nota δ . Ab eodem loco usque in finem sumatur III pars, in quo loco ponatur deuterus finalis ad hunc modum ϵ . Quo spatia in octo diviso et octava adiecta parte fit tonus ibique signatur protus finalis ita ζ . Eodem iterum spatia in octo diviso erit alter tonus, qui dicitur tetrardus gravis ita η . Nihilominus exinde octava parte sumpta priorique loco addita, cadit continuus tertius tonus, qui dicitur tritus gravis ita θ . Inter quem et illum deuterum, qui primus est factus, ultro se fert semitonium non propria qualibet regula factum, sed communi aliarum dimensionum ratione inventum. Incipiatur iterum a deuterio finali, et quod residuum est monocordi inmensurati dividatur in tria. Tertia parte reperta signetur deuterus superiorum cum tali figura ι proportionem toni effectus. Hoc per VIII diviso et octava per epogdum adiuncta erit protus superiorum tali caractere formatus κ . Iterumque ab hoc VIII partibus sumptis et octava parte addita tetrardus finalis hic λ . Illi quoque octava sua parte superposita tritus erit finalis iste μ . Inter quem et deuterium finalium denuo se ingerit sua sponte semitonium. Expensis igitur duobus tetracordi(s) . . .

Karlsruhe, Badische Landesbibl., Cod. Durlacensis 36 t, fol. 43^v — Ed.: H. Müller, *Huchalds echte und unechte Schriften über Musik*, Leipzig 1884, p. 36/37.

13 residuum]reduum *cod.*

DE ENQUIRIADIS MONOCORDI DIVISIONE

Enquiriadis namque monocordi dimensionem si velis nosse, primum
 necesse est, dividas totum monocordum in IIII^{or} equas partes. Deinde
 quarta superiori parte in VIII^{em} divisa, designatur tonus in VIII^{va}.
 A quo quidem tono novem similiter emensis spaciis, denotatur alter in
 5 octava tonus. Item ab isto loco VIII^{us} superius similiter collectis, invenitur
 tercius in VIII^{va} tonus. Tribus namque compertis tonis ad semitonium
 constituendum a secundo tono sive a secunda post primam
 corda versum superius spacium tripartiatum, terciaque pars superad-
 datur, et ita facillime semitonium pernotatur. A quo quidem semi-
 10 tonio usque ad terminum superius ultimum in octo partes fiat divisio,
 (h)arumque octava huic semitonio superponatur, signeturque tonus
 de secundo tetracordo. Simili quoque modo cum sesquioctava, ut in
 Boetio proporcione, duos, qui restant, designabis de secundo tetra-
 cordo tonos, et cum sesquitercia proporcione semitonium, quod qui-
 15 dem semitonium in hoc monocordi genere a secundo semper, ut diximus,
 superius constituitur tono. Similis omnino est ratio et regula de
 ceteris duobus tetracordis; hoc vero necesse est retineas, quod in uno-
 quoque tetracordo III^{es} tonos et semitonium constituas remanente in
 ultimo tono.

Barcelona, Archivo de la Corona de Aragon, Cod. Ripoll 42 (= R, cf. sigla codd. p. XII), fol. 69^v - Ed.: K.-W. Gumpel, Spicilegium Rivipullense (Archiv für Musikwissenschaft 35, 1978), p. 61.

DIVISIO MONOCORDI SECUNDUM ENCHIRIADEM

In quatuor partes longitudinem monocordi divide equas, ita ut inter protum et tetrardum gravium sit quarta, et inter hunc γ et ζ sit alia, inter hunc ζ et ι sit tertia, remanet vacua quarta. Oportebit autem, ut tribus tonis supervadat istud ultra monochordum Boecii, scilicet ut unusquisque sonus habeat suum bisdiapason. Hoc autem in remittendo 5 nequit fieri. Fiat vero sic:

Addo diatesseron ι et mihi est κ . Huius aufero nonam, est mihi λ et huius similiter et est mihi ϵ , qui inter se duobus tonis differunt. Relinquitur igitur mihi semitonium inter ϵ et ι . Huic ϵ aufero terciam et est η ab ι tribus distans tonis. Aufero igitur ι nonam et 10 habeo θ . Huic similiter et est mihi σ . Relinquitur autem inter σ et η tonus. Hoc prius cognito facile erit ea, que secuntur, posse metiri aut per diatesseron aut per diapente, ut ita sit tonus et semitonium: regularis monocordi regula partita per tres tonos et semitonium quater tono addito in fine. 15

Kraków, Bibl. Jagiellónska Ms. BJ 1965 (= Kr, cf. sigla codd. p. XII), pag. 77; Leipzig, Univ.-Bibl. Ms. 1492, fol. 50^r (= Le)

inscr.: monocordi Le secundum enchiriadem om. Kr 2 et³ om. Kr. 3 hunc om. Kr vacua] δ codd. 5 habeat]hebeat Le in] η codd. 7 ι] ζ Le κ] λ codd. ϵ] ϵ codd. 9 mihi igitur Kr 10 η] σ Le distans tonis Le 14 partita]partim Le

* * *

Si vis mensurare monocordum, quod dicitur Enchiriadis, tunc debes illud partiri in primis per VIII et in initio pone protum gravem et in secundo loco deuterum gravem. Item ab ipso deuterio divide illud per III usque ad summitatem et habebis finalem protum et superiorem
 5 protum et excellentem tetrardum. Deinde quartam partem a summitate partire per V et supra habebis in quinta parte iacentem deuterum ac gyrato circino habebis subtus excellentem deuterum. Iterum III^{iam} partem partire per VIII et habebis superius iacentem protum. Ab excellenti deuterio usque ad summum divide per medium et gyrato circino habebis superiorem deuterum. Post haec ab ipso supero deuterio usque ad summum divide per medium et gyrato circino habebis finalem deuterum. Tunc demum incipe III^{iam} partem mensurare per VIII usque ad tetrardum excellentem et gyrato circino habebis tritum excellentem. Similiter residuos omnes quere per VIII, id est semper tres
 15 tonos et quartum semitonium.

Bruxelles, Bibl. Royale, Inv.-No. 10078 (= B, cf. sigla codd. p. XII), fol. 38^r — Ed.: H. Müller, Bruchstücke aus der mittelalterlichen Musiktheorie (Vierteljahrsschrift für Musikwissenschaft, 1. Jahrg. 1885, p. 170 ss.)

13 habebis *rep. cod.* 13/14 excellentem *ab alia manu super rasuram*

GLOSSAE INTERLINEARES CODICIS CASINENSIS 318 Q (= Mc)
AD MUSICAM ENCHIRIADEM

cap. I: 1 articulatae i. e. modulatae elementariae i. e. naturariae 2 rursus i. e. iterum 3 textum i. e. ordo compositum canorae i. e. suavis ptongi i. e. bini voci 4 origines i. e. nascentes continentia i. e. coniungentia 4/5 ultimam i. e. novissimam 5 desinit i. e. finit copulatione i. e. coniunctione distemate i. e. ex posteriore parte ipsius capitis 6 porro i. e. certe diastematibus i. e. partes ipsius capitibus sistemata i. e. post duos pedes superest sillaba 7 ptongi i. e. bini voci 8 melos i. e. dulces aptati i. e. adiuncti 9 remittendo i. e. resistendo continuatur i. e. coniugatur 12 differant i. e. dividant 14 ratum i. e. firmum format i. e. figurat 17 archos i. e. primos 18 tono i. e. sono distans i. e. separans proto i. e. primo 19 semitonio i. e. medio sono distans i. e. inter esse deptero i. e. secundo 20 tono i. e. sono distans i. e. dividens trito i. e. tertio 21 continua i. e. assidua textitur i. e. componitur 22 donec i. e. quousque 29 defectum i. e. desinentia 30/31 tetra- i. e. quarta- 34 sonorum i. e. tonorum 35/36 modorum i. e. ordorum 41 armonia i. e. modulatio vocis 44 procedit i. e. incedit 45 immensitati i. e. sine mensura 49/50 speculationem i. e. conspicionem videre 52 tetra- i. e. quarta- 54 tetra- i. e. quarta- 55 tetra- i. e. quarta- 56 deinde i. e. postea 57 excellentium i. e. super omnes sonant ultimi i. e. novissimi 59 en i. e. ecce

cap. II: 1 igitur i. e. certe 2 statuit i. e. censuit penes i. e. prope tetra- i. e. quarta- 3 differentia i. e. qualitate utrius i. e. ambobus caracteribus i. e. iuncturibus 6 iota i. e. una littera 10 excellentes i. e. eminentes 11 trito i. e. tertio 12 excellentibus i. e. altioribus 13 residui i. e. superflui proti i. e. primi depteri i. e. secundi 14 videlicet i. e. sine dubio simphoniam i. e. consonam 15 unde i. e. a quo 16 facillioribus i. e. possibilioribus 17 oriendum i. e. nascendum

cap. III: 2 melos i. e. dulcisonus toni i. e. soni melus i. e. dulcis 3 sono i. e. tono arco i. e. primo tonus i. e. sonus 4 sono i. e. tono deptero i. e. secundo 5 sono i. e. tono trito i. e. tertio sono i. e. tono 6 tetrardo i. e. quarto autentus i. e. tonus quilibet i. e. qualicumque 6/7 tonum i. e. sonum

cap. IV: 1 soni i. e. toni tetra- i. e. quarta- 2 excellentium i. e. eminentium 3 residuis i. e. superfluis sonis i. e. tonis videlicet i. e. sine dubio 4 sonum i. e. tonum 5 dumtaxat i. e. tantummodo tono i. e. sono arco i. e. primo proto i. e. primo 6 deptero i. e. secundo 7 trito i. e. tertio 8 tetrado i. e. quarto 10 sonum i. e. tonum efferri i. e. portari valet i. e. potet excellentes i. e. eminentes

cap. V: 1 praeterea i. e. extra haec autentus i. e. tonus tonus i. e. sonus 2 tono i. e. sono 2/3 differunt i. e. dividunt 3 tonis i. e. sonis 4 tonus i. e. sonus sonum i. e. tonum

cap. VI: 1 quatinus i. e. qualiter 2 vim i. e. potestatem calleat i. e. intellegat dinoscere i. e. cognoscere dehinc i. e. postea sonis i. e. tonis 3 ptongon i. e. binas voces capere i. e. dinoscere 4 caractere i. e. iuncture digitorum sonus i. e. tonus liquido i. e. lucido 4/5 contempletur i. e. videtur, cognoscetur 5 sonus i. e. tonus utramque i. e. ambabus 6 suimet i. e. se ipsum sonum i. e. tonum 8/9 exercitati sunt i. e. laborati sunt 9 melos i. e. dulces 10 melum i. e. dulcem 11 investigare i. e. inquirere investigandum i. e. inquirendum 12 sonos i. e. tonos 13 modulantur i. e. dulcantur modo i. e. tenor

cap. VII: 1 itaque i. e. ideo sonus i. e. tonus dum i. e. quando semet i. e. a se ipso non necavit i. e. non cadit facile i. e. citius 2 inferim i. e. medii infra 3 carmen i. e. cantus modulantur i. e. dulcantur 4 modum i. e. figuram *descr.:* squalidi i. e. inquinati soli i. e. firmi modulis i. e. dulcisonis flagitant i. e. postulant 5 forte i. e. casu sono i. e. tono tum i. e. tunc semitonis i. e. mediis sonis 6 deperum i. e. secundum tritum i. e. tertium disiungi i. e. dividi toni i. e. soni 6/7 rimentur i. e. scrutentur 7 mox i. e. statim donec i. e. quando soni i. e. toni 8 canere i. e. cantare 8/9 efficiat i. e. fiat

cap. VIII: 1 nunc i. e. modo ptingor i. e. binorum vis i. e. virtus modos i. e. tenor 2 abusive i. e. abusu tractu tonos i. e. sonos 2/3 sternatur i. e. interrumpatur 3 veluti i. e. quasi 5 exprimatur i. e. prolongatur, ducatur neuma i. e. nota quaelibet i. e. qualicumque 5/6 utputa i. e. re vera 8 neuma i. e. nota 9 series i. e. tenor continuatim i. e. coniunctim 10 series i. e. ordo 10/11 quidem i. e. certe 11 neumes i. e. note oriens i. e. nascens sono i. e. tono sonum i. e. tonum 12 sono i. e. tono inchoetur i. e. incipietur soni i. e. toni 13 desinat i. e. finiat 15 semitonio i. e. medio sono 16 tono i. e. sono armonico i. e. angelicos cantus distant i. e. separant ingens i. e. magnus 17 cecineris i. e. cantaveris 18 toni i. e. soni creet i. e. generet protus i. e. primus 18/19 autentus i. e. tonus 19 cecineris i. e. cantaveris deperum i. e. secundum 20 deperito i. e. secundo assumens i. e. praesumens 21 trito i. e. tertio modulatus i. e. dulcatus 22 toni i. e. soni tetrardi i. e. quarti sono i. e. tono tetrardo i. e. quarto procedere i. e. egredere 23 igitur i. e. certe modulationi i. e. dulcationi toni i. e. soni mela i. e. dulcia aptari i. e. adiungi 26 conatus i. e. desideratus 46 modum i. e. tenor utuntur i. e. fruuntur modulis i. e. tenoris investigandam i. e. comprehendendam toni i. e. soni 47 vim i. e. potestatem 48 toni i. e. soni desinunt i. e. finiunt 49 inchoant i. e. incipiant 50 utpotes i. e. re vera 51 modulationis i. e. concinationis adtributas i. e. administratas

cap. IX: 1 veluti i. e. quasi praexercitaminibus i. e. operationibus, negotiaminibus licet i. e. placet 2 dehinc i. e. iterum facilioribus i. e. possibilioribus armonicas i. e. angelicus cantus 3 armonia i. e. modulatio vocis apta i. e. congrua 4 sonos i. e. tonos ptingos i. e. binas voces -differenter i. e. -dividenter 5 epogdoos i. e. reliquos 5/6 intimandum i. e. insinuandum 6 ptingos i. e. binas voces 7 canorae i. e. suavis 9 epogdous i. e. sexquioctavus 11/12 precellit i. e. antecurrit 16 semitonium i. e. medium sonum 17 toni i. e. soni diesis i. e. tres distantiae 18 modi i. e. ordini tropi i. e. soni species i. e. figurae modulationum i. e. dulcationum 19 protos i. e. primos autentos i. e. tonos deperum i. e. secundus autentus i. e. tonus 19/20 modus i. e. tenor 20 dorius i. e. primus phrigis i. e. tertius liddis i. e. quintus 21 cola i. e. membra comata i. e. capilli 22 distingunt i. e. dividunt colas i. e. praecisus sensus apte i. e. congrue 24 colon i. e. ubi minus sit 25 alias i. e. aliter 26 erigitur i. e. elevatur sepius i. e. frequentius discri- i. e. divide 27 summa i. e. maxima infimam i. e. humillimam 28/29 tonum i. e. sonum 29 nunc i. e. modo deinceps i. e. iterum, igitur tonorum i. e. sonorum 30 porro i. e. certe 31 incolis i. e. peregrinis 32 quolibet i. e. qualicumque melo i. e. dulce

cap. X: 3 passim i. e. sine ordinem sepe i. e. frequenter 4 copulandis i. e. coniungendis 4/5 simphonias i. e. consonantias 5 efficere i. e. fieri simphonia i. e. consona 6 concentum i. e. multorum canentium simphoniae i. e. concinentiae 7/8 diatessaron i. e. IIII^{or} 8 diapente i. e. V diapason i. e. VIII^o 10 utputa i. e. quasi re vera 11 remittas i. e. resistat quemlibet i. e. qualicumque 12 recensas i. e. recitans 13 tamen i. e. nunquid utramvis i. e. ubicumque procedunt

